VINDICIAE

ARISTOPHANEAE

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,

LITT. PROF. ORD. IN ACADEMIA RHENOTRAIECTINA, RUDE DONATUS.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF.

MDCCCCVI.

VINDICIAE ARISTOPHANEAE.

Contra numeros peccat Dobraei coniectura δ ι ω σ τ ι ο ῦ ν τ α ι, et nisi vulgatam satis tueri videantur κᾆτα et κἄπειτα haud ita raro ab Aristophane illata post participium pro nudis εἶτα et ἔπειτα, melius cum Hauptio scripseris ἥξουσιν pro ἥκοντες, quo recepto J. C. Vollgraff malit πάρεισιν pro ἥκουσιν. In sequentibus fortasse acquiescendum Meinekii correctione ἀλλήλοις περὶ <τοῦ> πρώτου ξύλου, quia aemulandi subest sententia, licet cum Nabero expectarem potius accusativum, ex cuius coniectura vLeeuwen non recte edidit ἀλλήλοισι περὶ πρῶτον ξύλον, cum deberet saltem ἀλλήλοις περὶ <τὸ> πρῶτον ξύλον. Cf. Vesp. 90 ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου. Cf. quae scripsi Mnem XXX. p. 35.

Vs. 36. χὠ πρίων ἀπῆν.

Iniuria haec verba post Elmsleium (μέν, τὸ πρίω δ' ἀπῆν) sollicitavi Stud. Crit. p. 48 coniciens χὠ θριῶν παρῆν. Sana est vulgata. Cf. Leeuwenii nota.

Vs. 46. οὐκ ἄνθρωπος;

Haec verba Mnem. l. l. p. 35 sq. defendi ab infelicissima Leeuwenii coniectura οὐκ ἄρ' ἀστός. — Probabiliter admodum idem vs. 47 pro interpolato nomine Ἀμφίθεος substitui iussit πρόγονος.

Vs. 49. γαμεῖ δὲ Κελεος Φαιναρέτην τήθην ἐμήν,
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατος εἰμ'· κτέ.

Haec verba sic scripta non possunt aliud significare quam: hinc factum est ut sim immortalis, at procul dubio poeta voluit: ex illo natus, immortalis sum, itaque aut scripsit δ' ἐγὼ ὤν, quod eodem modo crasi coalescere potuit in ἐγῷν, quo ἐγὼ ᾠχόμην in ἐγᾠχόμην Eccl. 550), aut, si mavis, imitantem prologos Euripideos more tragico ἐκ τούτου γ ε γ ώ ς, | ἀθάνατός εἰμ'. Possit quidem cogitari de distinguendo: ἐγένετ', ἐκ τούτου δ' ἐγώ. | ἀθάνατος εἰμ', sed magnopere displicet hic quidem tale asyndeton, et prior praesertim coniectura mutationem verbis infert propemodum nullam.

Vs. 95. Tam Leeuwenii suspicio *ναῦς φρυκτὸν βλέπεις* quam mea *ναῦς Ἄρκτον βλέπεις* pro *ναύφαρκτον βλ.* Mnem. XXX p. 36 peccat contra sermonem graecum, qui verbum *βλέπειν* spectandi sensu non iungit cum accusativo, sed cum praepositionibus *εἰς*, *πρός*, *ἐπί*. Si eiusmodi quid lateat, deleto *βλέπεις*, scribi possit:

πρὸς τῶν θεῶν, ἄνθρωπε, ναῦς Ἄρκτον <*σύ γε*>
ἢ περὶ ἄκραν κάμπτων νεώσοικον σκοπεῖς;

i. e. Utrum per deos, homo, ceu navis (in alto) sidera servas, an circumvecto promuntorio (i. e. itinere propemodum confecto) navalia spectas? Sed fortasse praestat, ut feci Mnem. l. l., amplecti priorem Leeuwenii coniecturam *τί πρὸς θεῶν — ναύφαρκτον βλέπεις;* Utut est, vulgata suspecta est admodum.

Vs. 126. *τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτέ (γ') ἴσχει θύρα.*

Mnemos. l. l. p. 37 requirens, aliis collatis locis, articulum proposui:

τουσδὶ (cum Brunckio) *ξενίζειν!* (sic vL.) *οὐδέποτ'*
ἴσχεν ἡ θύρα.

Hodie tamen dubito an ita requireretur *οὐδεπώποτ'*, et imperfecto aptius sit tempus praesens. Quare vide num scribere liceat *οὐδέποτ' ἴσχει* <*ἡ*>*θύρα*, ut crasi coaluerint syllabae $\bar{\epsilon\iota}$ et $\bar{\eta}$, ut saepius coalescunt $\bar{\eta}$ et $\bar{\eta}$, $\bar{\epsilon\iota}$ et $\bar{\alpha}$, *εἰ* et *οὐ*. — Ceterum cogitari etiam potest de scribendo: *οὐδεμί' ἔτ' ἴσχει θύρα.*

Vs. 138. *κατένιψε*, 1075 *νιφόμενον*, 1141 *νίφει* etc.

Genuinam huius verbi formam esse *νείφειν*, quae rarius, velut Vesp. 773 (in Ravennate codice), servata est, persuadet mihi constans sermonis Graeci analogia. Expectatur enim *νείφειν* iuxta *νῖφάς*, *νιφόεις*, *νιφετός* etc., ut *λείπειν* iuxta *λιπεῖν*, *λιποψυχεῖν*, *λιποθυμεῖν*, etc., *λείβειν* iuxta *λῖβάς*, *λείχειν* iuxta *λῖχάς*, *λῖχανός*, *μειγνύναι* iuxta *μῖγάς*, *ἐρείπειν* iuxta *ἐριπεῖν*, *ἐρείκειν* iuxta *ἐρικεῖν*, *ἀλείφειν* iuxta *ἀλήλιφα*, *ἀλήλιμμαι*, *λίπα*, *λιπαρός* etc., *στείβειν* iuxta *στῖβάς*, *στῖβαρός*, *στῖβεύς*, alia.

Vs. 161. τοισδὶ δύο δραχμὰς τοῖς ἀπεψωλημένοις.

Metri causa Dindorf δύο δαρχμάς. At vide me Herm. XXIV p. 605.

Vs. 167. In Exercitiis criticis, Praef. p. XI correxi σωθῶ pro στῶ. Recepit vLeeuwen.

Vs. 180. ἀτεράμονες, μαραθωνομάχοι, σφενδάμνινοι.

Hinc Synesius, epist. LXVI καὶ τοῦ λοιποῦ σφενδαμνίνῳ μοι καὶ ἀκλινεστέρῳ συνέσεσθε.

Vs. 192. ὄζουσι χαὖται πρέσβεων εἰς τὰς πόλεις
ὀξύτατον, ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.

Locus nondum correctus. Ego Exerc. crit. p. VI coniciens διατριβῆς καὶ ξυλλόγων, διατριβή intellegebam de mora, quam disceptationes in conventibus efficerent, sed rectius fortasse hoc ipsum vocabulum in suspicionem vocavit vLeeuwen, quem vide. Frustra tamen quaero quid sine graviore mutatione substitui possit. Hoc video sententiae, quam ille satis probabiliter requirit, convenire lectionem:

ὀξύτατον, ὡς ἀποστάσεως τῶν ξυμμάχων.

Quaerat alius!

Vs. 195. ὦ Διονύσια,
αὗται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος
καὶ μὴ 'πιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν,
κἀν τῷ στόματι λέγουσι· „βαῖν' ὅποι θέλεις".

De hoc loco egi Mnem. l. l. p, 47. Nunc, transposito cum Reiskio vs. 198 ante 197, conicio:

κἀν τῷ στόματι λέγουσι· „βαῖν' ὅποι θέλεις,
„καὶ μηκέτ' αἶρου σιτί' ἡμερῶν τριῶν".

i. e. neque amplius portanda suscipe trium dierum cibaria. Passim Aristophanem hoc sensu adhibere verbum αἴρεσθαι nemo ignorat. — Verba βαῖν' ὅποι θέλεις in mentem revocant similes formulas in titulis manumissoriis.

Vs. 230. *κοὐκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ*
ὀξὺς ὀδυνηρὸς ἐπίκωπος, ἵνα
μήποτε πατῶσιν ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους.

Vox *ἐπίκωπος* hic citra notiorem usum significare videtur capulo tenus, iiculariter dictum de iunco, quasi de vero ense agatur. Licet nusquam alibi rarissimum vocabulum sic adhibeatur, hoc denotare posse satis confirmare videtur ipsa compositio.

Vs. 262. *σὺ δ', ὦ γύναι, θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους· πρόβα.*

Recte quidem vLeeuwen Blaydesii coniecturae *θέασ'* obiecit hic multo aptius esse tempus praesens quam aoristum. Nihilominus valde mihi suspectum est pronomen *με*, quia procul dubio Dicaeopolis uxorem suam spectare iubet non solum semet ipsum, sed universam pompam. Suspicor autem collegam Leidensem *μ'* habere pro eliso *μοι*, ut sit dativus ethicus, at, ut saepius alibi significavi, nullam equidem fidem habeo eius doctrinae diphthongum *οῑ* a scenicis elidi potuisse, quod statuit ad Ran. 103, ubi sine causa pro *σὲ δὲ ταὐτ' ἀρέσκει* in *σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει* mutari iussit, licet accusativum satis tueantur vel pedestrium, ut Thucydidis et aliorum loci, de quibus conferatur Thesaurus vol. I p. 1923. Neque argumento est *οἴμοι* ante *ὡς* positum, quae crasis potius quam elisio videtur ut *μοἴχεται* Av. 86 [1]). Quae cum ita sint, vide ne hic scribi oporteat:

σὺ δ', ὦ γύναι, θεῶ 'πὸ τοῦ τέγους. πρόβα.

Minus arridet *θεῶ γ' ἀπὸ κτέ.*

Vs. 292. Dic. *ἀντι δ' ὧν ἐσπεισάμην οὐκ ἴσατ', ἀλλ' ἀκούσατε.*

Sub *ἴσατ'* nihil reconditius latere videtur quam *ἴστε μ'*, quod olim repperit Dobree, neque esse cur cum Leeuwenio textui inferamus aptam quidem, sed violentiorem, Hamakeri coniecturam *ἀκούσατ'*.

---

1) Permirum etiam foret hanc elisionem in solo pronomine *μοι* apparere et ante solum verbum *ἀρέσκειν*, nusquam in *σοί*, *τοι* aliisve.

Vs. 306. Dic. *τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκούσατ' εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.*
Coryph. *πῶς δ' ἔτ' ἂν „καλῶς" λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ;*

Si ita cum libris scribimus, addito citandi signo, plena oratio haec est: *πῶς δ' ἔτ' ἂν λέγοις, καλῶς σε σπεῖσαι*, neque opus est cum Hamakero *λέγοις ἂν* mutare in *δοκοίης* aut cum Bergkio in *Λάκωσιν*. Quinimo utraque coniectura elegantior est tradita lectio.

Vs. 313. *ἀλλ' ἐγὼ λέγων ὁδὶ*
πόλλ' ἂν ἀποφήναιμ', ἐκείνους ἔσθ' ἃ καδικουμένους.

Etiam h. l. fortasse defendere licet a plurimorum criticorum coniecturis, si iungentes *λέγων πολλά* interpretamur „si longiore uti oratione mihi permiseritis", qualem re vera mox sub Telephi persona habet Dicaeopolis vs. 497—556.

Vs. 318. *ὑπὲρ ἐπιξήνου 'θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.*

Numeris infestum vocabulum *κεφαλὴν* glossema esse satis certum videtur, nemo autem me iudice felicius h. l. tentavit Bergkio, scribendo:

— *τὴν<δ'> ἔχων <οὕτως> λέγειν.*

Vs. 320. *μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα*

Graecum est et Aristophaneum *τουτονὶ φοινικίδα*, quod olim repertum ab Halbertsma meo dudum receptum oportuit. Vid. v. c. vs. 309.

Vs. 338. *ἀλλὰ νυνὶ λέγ', εἴ σοι δοκεῖ, τόν τε Λακε-*
δαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σοὖστὶ φίλος.

Multis coniecturis, quarum nulla rationem habet inepti pronominis *αὐτόν*, accedat haec mea:

τόν τε Λακε-
δαιμόνιον ἀντίπαλον ᾧ τρόπῳ σοὖστὶ φίλος.

i. e. nec qua ratione Lacedaemonius hostis tibi amicus sit.

Vs. 348. *ὀλίγου δ' ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνήσιοι.*

Aut cum Tyrrhwitto *ἀπεθάνετ', ἄνθρακες* scribendum arbitror, aut addito articulo *ἄνθρακες* <*οἱ*> *Παρνήσ*<*σ*>*ιοι*. Ita enim duplice sigmate scribendum esse tituli docent. Cf. Meisterhans-Schwyzer p. 98, 12.

Vs. 385. Mnem. X p. 95 *πορίζει* correxi pro *πορίζεις*. Recepit vLeeuwen.

Vs. 412. *ἀτὰρ τί τὰ ῥακί' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις*
ἐσθῆτ' ἐλεινὴν, κτέ.

Corrigi solet cum Bergkio *ῥακί', ἢ 'κ κτέ*, sed gravius mendum subesse crediderim propter insolitos numeros. Cf. Leeuwenii nota. Scilicet *τὰ ῥακία* glossema esse suspicor petitum e vs. 415, poetam vero dedisse:

ἀτὰρ <*σὺ πάντως*> *ἐκ τραγῳδίας ἔχεις*
ἐσθῆτ' ἐλεινήν· οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποεῖς.

aut aliud quid in eandem sententiam.

Vs. 503. *οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι*
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

Frustra, ut opinor, vLeeuwen coniecit *καὶ ἐπὶ Ληναίῳ ἐστὶ νῦν*, facillime enim praegresso *ἐσμεν* ad *ἀγών* mente suppletur *ἐστιν*. Nec fortasse plane necessarium est quod Exerc. crit. p. VI pro *κοὔπω* malebam *κοὐχὶ*, quod scilicet Lenaeorum tempore peregrini ne expectari quidem poterant.

Vs. 542. *ἀπέδοτο φήνας κυνίδιον Σεριφίων.*

Felicissime nunc vLeeuwen *χῆν' ἢ* correxit. Cur prior eiusdem coniectura nec magis Blaydesiana ferri possit ostendi olim Herm. XXIV p. 605.

Vs. 545 sqq. *ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα*

— — — — — — — — — — — — —.

Vs. 549. *ἀσκῶν, τροπωτήρων, κάδους ὠνουμένων, σκορόδων, ἐλαῶν, κτέ.*

Unanimi fere consensu critici verba *κάδους ὠνουμένων* sollicitarunt. Proposita sunt *κάδων δονουμένων* (Bergk, recte adversante Leeuwenio); — *πιττουμένων* (Kock), *πληρουμένων* (olim ego). Hodie his omnibus lenius propono: *κάδων, ᾠνωμένων*, i. e. *μεθυόντων*.

Vs. 569. *εἴτ' ἔστι ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἢ τειχομάχας ἀνήρ, βοηθησάτω κτέ.*

Licet Hamaker coniciens *πεζομάχας* verum non invenerit, bene tamen intellexit vulgatam ferri non posse, sed requiri gregarii militis notionem. Lenissime corrigatur *τευχομάχας*, i. e. *ὁπλίτης*. Cf. *τευχοφόρος* [Eur.] Rhes. 3.

Vs. 580. Lamacho quaerenti:

τί δ' εἶπας ἡμᾶς; οὐκ ἐρεῖς;

Dicaeopolis respondet:

οὐκ οἶδά πω
ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ειλιγγιῶ.

Recepta Blaydesii coniectura *οὐκ οἶδ' ἔτι*, vLeeuwen paullo lenius coniecit *οὐκ οἶδ' ἐγώ*, ipse dubito an fuerit *οὐκ οἶδά τοι*, nec tamen satis apud me constat ferri non posse vulgatam, ut scil. iculariter Dicaeopolis innuere credatur, fieri posse ut sciat, simulae ad se redierit.

Vs. 592. *τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας; εὔοπλος γὰρ εἶ.*

Optime hoc verbum a criticorum coniecturis defendit A. Willems, Notes sur les Acharniens etc. p. 13 sqq. Bulletins de l'Académie royale de Belgique n⁰ 9—10, a. 1903.

Vs. 615. *οἷς ὑπ' ἐράνων τε καὶ χρεῶν πρῴην ποτέ,*
ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,
ἅπαντες „ἐξίστω" παρῄνουν οἱ φίλοι.

Olim, quod Leeuwenium latuisse videtur, suasi *οὐκχέοντες*, quod utrum recipiendum sit an quod ipse proposuit *ἐκχέων τις* ambigo. Utraque enim correctio aeque lenis est et apta. —

Morem, ad quem h. l. alluditur, ante dimidium fere saeculum in Hispania meridionali adhuc viguisse cum meo damno expertus novi. Peiora etiam accidisse antiquitus docent Aeschyli fabulae satyricae fragm. 180, unde citare sufficiat verba *τὴν κάκοσμον οὐράνην ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτον* et simile Sophoclis fr. 140. Quibus testimoniis nuperrime accessit papyri Magdolensis saec. a. C. III, editi in BCH XXVII p. 177, ubi Heraclides quidam mulierculam (scortum puta) accusat, quod cum aliis iniuriis ipsum affecerit, tum *ἐξ ὑπερῴου* urinam in caput suum effuderit.

Vs. 639. De discrimine inter *πιών* ot *λιπαρός* (quod quis quaeso paullo doctior hodie ignorat?) disserens A. Willems, Notes sur les Acharniens p. 15 sq. multo utilius monuit de duplice *ἀφυῶν* genere.

Vs. 643. *οὐκ* pro *ἐκ τῶν πόλεων* conieci Stud. Crit. p. 48.

Vs. 663. Optime Willems l. l. p. 20 sqq. defendit *μάττωσιν* a criticorum coniecturis. Quia vero ita agitur non de coenando, sed de praeparanda coena, necessaria videtur mea (*μάττωσιν* tuentis) vetus coniectura vs. 671 *ἡνίκ' ἂν ἐπανθρακίδες ὦσιν ἐπικείμεναι* scil. *τῷ πυρί*, pro *ὦσι παρακείμεναι*, ut saepe *ἐπιτιθέναι* cum eadem ellipsi apud Aristophanem occurrit. Vid. Stud. Crit. p. 48 sq.; Mnem. XXIV p. 312 sq.; XXX p. 38.

Vs. 685. *ὁ δὲ νεανίας ἑαυτῷ σπουδάσας ξυνηγορεῖν*
εἰς τάχος παίει ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασιν.

Herm. XXIV p. 606 commendabam Konti coniecturam, receptam nunc a Leeuwenio *ἐάν τῳ σπουδάσῃ*, hodie vero, ut, quemadmodum Francogalli dicunt, melius est bono inimicum, magis placet lenius Richardsi, felicis coniectoris, inventum *ἐ<π'> αὐτῷ σπουδάσας* corrigentis, coll. Aesch. Sept. 447, 620; Thuc II 70, 3; III 13, 3, Plat. Theaet. 172 E.

Vs. 708. *ὅς, μὰ τὴν Δήμητρ', ἐκεῖνος ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδης,*
οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαίαν ῥᾳδίως ἠνέσχετο.

Quin recte Hamaker e litteris *ΑΧΑΙΩΝ* elicuerit *ΠΑΛΑΙΩΝ* non dubito, sed sub *ΑΥΤΗΝΤΗΝ* latere nomen *Αὐτοκλῆ*, quem famosum luctatorem fuisse voluit, nemini potuit persuadere. Huius igitur invento sic utar, ut pro ignoto homine substituam fama celebratissimum luctatorem mythicum, reponendo:

οὐδ' ἂν Ἀνταῖος παλαίων ῥᾳδίως ἠνέσχετο.

Cf. Mnem. XXX p. 38 sq.

De vss. 724 et 748 lectorem relego ad Mnem. XXX p. 39.

Vs. 727. φανερὰν ζαμίαν. Eodem sensu λαμπρὰ ζημία Alciphron Ep. II 36 § 1 (ed. Schepers ap. Teubn.). Cf. ζημία καθαρά II 1851.

Vs. 744. Megar. ἀλλ' ἀμφίθεσθε καὶ ταδὶ τὰ ῥυγχία.

Suspectum est in Megarico sermone, ut animadvertit vLeeuwen, Atticum ταδί. Num forte legendum καὶ τάδ' ἐμὶν τ. ῥ.? An praefeɹendum τάδε δή, collata varia lectione apud scholiastam τὰ δή?

Vs. 829. οἷον τὸ κακὸν ἐν ταῖς Ἀθάναις τοῦτ' ἔνι.

Scil. sycophantae. Huius loci est ὅσον, quantum; non quale malum. Pro τοῦτ' in Doriensi ore expectes τῆν'.

Vs. 831. Dic. καὶ χαῖρε πόλλ'. Megar. ἀλλ' ἁμὶν οὐκ ἐπιχώριον.
Dic. πρλυπραγμοσύνη νῦν (editur νυν) εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί.

Recte articuli absentia motus vLeeuwen iniuria recepit infelicissimam Vürtheimii coniecturam „πολυπραγμονεῖς σύγ", qua loci sententia, quam ipse bene exponit, evertitur. Curiositatem enim Dicaeopolis suam ipsius, quod Χαῖρε πολλά miserrimo homini dixisset, huius responso admonitus, cum ironia increpat.

Omni vero difficultate hic locus careat, si πολυπραγμοσύνη sit vocativus, et una deleta literula rescripserimus:

πολυπραγμοσύνη, νῦν εἰς κεφαλὴν τράποι' ἐμοί.

Paullo aliter, ut postea vidi, rem expedit Willems l. l. p. 25 languidius reponens:

πολυπραγμοσύνη 'στιν· εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί.

Vocula νῦν vi non caret. Intellegatur nunc, cum adeo intempestive locutus sum.

Vs. 834. Meg. ὦ χοιρίδια, πειρῆσθε κἄνις τοῦ πατρὸς
παίειν ἐφ' ἀλὶ τὰν μᾶδδαν, αἴ κα τις διδῷ.

Coniecturae meae παίειν ἐπίπαστον μᾶδδαν (Mnem. XIX p. 381) iure collega Leidensis obmovit, cum opus videri articulo tum vitiosum esse παίειν sic adhibitum. Addo mutationis audaciam et ipsius notionis h. l. improbabilitatem. Felicius, ni fallor, nunc tento:

κάπτειν ἔθ' ἅλι<ς> τὰν μᾶδδαν,

i. e. vesci etiam (quod hucusque non licuit) affatim (ad satietatem) polenta. Eodem redit ἔτ' ἄδην, quod tamen minus lene foret remedium.

Vs. 893. Ravennatis lectionem ἔκφερ', damnatam a Leeuwenio, sic commendabam Append. ad. stud. crit. p. 28: „Εἴσφερε significaret fer intro, sed cur igitur quaeso Dicaeopolis servos „iubet (vs. 887 sq.): ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν καὶ δεῦρο (ergo „foris) καὶ τὴν ῥιπίδα? Ἔκφερε est effer, prome (e corbi), „ut facturum te modo significasti). Dixerat enim Boeotus „(vs. 884): ἔκβαθι κτἑ." Quae hodieque vere disputata mihi videntur. — Verba μηδὲ -εἴην citat Procopius Gazaeus ep. LXXXVI.

Vs. 903. Boeot. ἀφύας ἢ (εἶ?) κέραμον, ἀλλ' ἔντ' ἐκεῖ·
ἀλλ' ὅ τι παρ' ἀμῖν μή (μεί?) 'στι, τᾆδε δ' αὖ πολύ.

Atticum ἐκεῖ in sermone Boeotico ipsius poetae errori tribuit vLeeuwen. Quia tamen propter versum sequentem carere possumus ea vocula, fieri potest ut poeta dederit: ἀλλ' ἐντὶ δεί (= δή).

Vs. 917. αὕτη γὰρ ἐμπρήσειεν ἂν τὸ νεώριον.

Blaydes, probante Leeuwenio, requirit τὰ νεώρια. At vulgatam tuetur vs. 552:

τὸ νεώριον δ' αὖ κωπέων πλατουμένων,

ubi collectivus hic vocabuli usus metro tutum est.

Vs. 927. δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐκδήσας φέρω.

In corrigendo ἐνδήσω conspirant ferme critici, in quibus vLeeuwen, qui pro φέρω audacter reposuit σφόδρα, coll. Vesp. 182 σφόδρα πιέζειν, Vesp. 1428 σφόδρα κεκραγέναι, Plut. 1101 σφόδρα κόπτειν. At illic, ut ubique, σφόδρα significat valde, vehementer, quae notio me iudice aliena est a verbo ligandi, quod postularet ἰσχυρῶς, firme. Nec vero video cur omnino quidquam sit novandum et prorsus facio cum collega Bruxellensi, Willemsio, qui l. l. p. 26 monens φέρειν significare posse solvere, persolvere pretium (cf. Thesaur. VIII p. 719 sq.) explicat „le livre en paiement", scil. Boeotio pro mercibus importatis Cf. vss. 897—905.

Vs. 948. Boeot. μέλλω γά τοι θερίδδεν.
Dic. ἀλλ', ὦ ξένων βέλτιστε, συν-
θέριζε καὶ [τοῦτον λαβὼν] πρόσβαλλ' ὅπου
βούλει φέρων
πρὸς πάντα συκοφάντην.

Optime idem Willems l. l., deleto cum Bergkio glossemate τοῦτο λαβών, iungens verba πρόσβαλλε πρὸς πάντα interpretari mihi videtur: „lève aussi et jette par dessus le reste, pour l'emporter ou bon te semble, un sycophante" [1]. Aptius enim nihil cogitari potest, et omnis verborum traditorum mutatio planissimae sententiae est pernicies. Idem valet de eiusdem explicatione vs. 1082 l. l. p. 26 sq., nec non fortasse vs. 1093, ubi idem textum traditum defendens putat ipsas saltatrices, mimico saltu convivarum scolia illustrantes, dictas esse τὰ φίλταθ' Ἁρμοδίου, Harmodii delicias, quamvis de hac quidem saltatione nusquam alibi reperta sit aut vola aut vestigium. Utut est, hoc saltem constat, nemini contigisse, ut probabili coniectura locum expediret. — Mnem. XXIV p. 303 deleto ut spurio vs. 1092, reliquos sic ordinabam: 1088, 1090, 1091, 1089, 1093, in vs. 1098 scribens τά τ' ἄλλα.

---

[1]) Ita tamen nescio an pro πάντα corrigendum sit τἄλλα, i. e. τἄλλα πάντα, qualis magistelli interpretatio traditae lectionis originem facile explicaret.

Vs. 984. Pro *εἰργάσατο* correctum oportuit hic et alibi *ἠργάσατο* et *ἠργαζόμην* pro *εἰργαζόμην*, sed recte se habet *εἴργασμαι*. Cf. Meisterhans—Schwyzer p. 170, 8.

Vs. 986. *τὰς χάρακας ἧπτε πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ πυρί.*
Ambigo utrum corrigam *ἔτι* pro *ἐν* cum Hermanno, an *ἄν*, iterative adhibitum.

Vs. 988. Primus e cod. Ravennate protuli lectionem *ἐπτέρωταί τ'*, cum antea legeretur ****ταιτ*? Vid. Exerc. crit. Praef. p. XI sq.

Vs. 1063. Mnem. XXIV p. 303 conieci:
ὕπεχ' ὧδε <*τουτὶ*> *τοὐξάλειπτρον, ὦ γύναι*
deleto *δεῦρο*, ut interpretamento voculae *ὧδε*, sumto e vs. 1061. Nam *ὧδε* acceptum *δεικτικῶς* h. l. sensu caret.

Vs. 1082. *Γηρυόνη τετράπτιλε* speciose pro *Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ* de suo reposuit vLeeuwen. Vide tamen vulgatae explicationem Willemsii l. l. Cf. me in Hermae vol. XXIV p. 606.

Vs. 1088 sqq. Vid. ad vs. 998.

Vs. 1095 sq. De h. l. ibidem egi p. 606 sq., fortasse citra necessitatem tentans: *σὺ κλᾷ'· ἐμοὶ* (pro *σύγκλειε καὶ*) *δεῖπνόν τις εὖ σκευαζέτω* (pro *ἐνσκ.*), licet hodieque admodum mihi placeret huiuscemodi sententia.

Vs. 1107 sqq. Vix recte stichomythia procedit et fortasse hic aliquid turbatum est (vs. 1107 om. A, intra lineas habet B). Boissonade, quem Meineke secutus est, ante 1107 collocat 1109—1112 (ante 1123 in proecdosi vLeeuwen), Dobree inter se transponit 1108 et 1114. Quorum aperte nihil sufficit. Fortasse sedem permutarunt 1107 et 1109. Veruntamen unde quaeso apparet *ὁ καταγέλως τῶν ὅπλων* (1107), qui sequitur demum vs. 1119—1125? Hoc quoque obscurum esse animadvertant ii, qui posthac his versibus melius ordinandis operam navabunt.

Vs. 1122. Lam. τοὺς κιλλίβαντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος.
Dic. καὶ τῆς ἐμῆς τοὺς κριβανίτας ἔκφερε.

Mirifice Leeuwenii coniectura ἐκ τῆς σιπύης, conspirat cum ea quam ante annos XXXIII in Appendice ad. St. Crit. p. 4 ipse, refutata Hotibiana παῖ, τοὺς ἄμητας, proposui παῖ (nunc ita malim παῖ, 'κ), τῆς σιπύης (= ἀρτοθήκης, cf. Eq. 1296, Plut. 806), quae, si quid mutandum, procul dubio praeferenda est, quia perpetuo in hoc dialogo vocativus παῖ in responsis repetitur. Ibidem tamen traditam lectionem tueri conatus sum sic scribens, repetam enim quia exiguus libellus in paucorum est manibus:

„Mihi vero, ut candide fatear, de huius loci corruptela minime „constat, licet improbem scholiastae interpretationem. Nam „neque assumere licet e contextu γαστρός, neque panes ab „Aristophane cum clipeis comparari potuisse manifestum est. „Iubet grammatica mente suppleri καὶ τῆς ἐμῆς (ἀσπίδος), quae „verba sensu vacua sunt, nisi forte Dicaeopolis ventrem „suam clipeum vocavit. Quominus autem hoc fecerit quid „impedit? Utrique est περιφέρεια, utrique prominentia, utrique „ὀμφαλός (umbo et umbilicus), bonam tegit uterque partem „corporis [addere potueram a thoracis similitudine pectori Graecos hoc nomen indidisse]. „Poterat praeterea actor, si opus „esset, gestu adiuvare huius loci intellectum. Ceterum cf. „Eq. 207 sq. et 1078 sq., ne alias apud nostrum comparationes „commemorem. Deinde ut κιλλίβαντες sunt clipei fulcra, „sic κριβανῖται ventris fulcra haud sane illepide dicantur. „Itaque Dicaeopolis voluit: καὶ τοὺς τῆς ἐμῆς ἀσπίδος τοὺς „κιλλίβαντας, τουτέστι (ἐπεὶ γαστήρ ἐστιν ἡ ἀσπίς μου) τοὺς κριβανίτας „ἔκφερε." Ludi autem etiam in similitudine sonorum κιλλίβαντας et κριβανίτας (luculentiorem etiam, si κλιβανίτας, quae forma apud Amipsiam et Diphilum traditur, fuerit vera lectio) ibidem animadvertebam.

Hodie quoque non video quid huic explicationi iure obverti possit, itaque verba sic distinguo:

καὶ (παῖ,?) τῆς ἐμῆς, τοὺς κριβανίτας, ἔκφερε.

Vs. 1124. Pro *γοργόνωτον* conieci *γοργόνωπον* Ex. Crit. Praef. p. VII. Cf. Eur. El. 1257 et Leeuwenii nota.

Vs. 1142. Post h. vs. ibidem suspicatus sum excidisse hunc senarium: *σίζει. βαβαιάξ, συμποτικὰ τὰ πράγματα*, quam coniecturam cum aliis multis recenset editor Leidensis.

Vs. 1150. *Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος, † τὸν ξυγγραφῆ † τῶν μελέων ποιητήν,*
ὡς μὲν ἁπλῷ λόγῳ κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς,
ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα χορηγῶν ἀπέκλεισε δεῖπνων.

Locus conclamatus. Novissimus editor ingeniosam Elmsleii coniecturam <*τὸν μέλεον*> *τῶν μελέων ποιητήν* improbat, propterea quod ex ipsius sententia non fuerit poeta, ipse autem parum probabiliter verba *τὸν* — *ποιητήν* e glossematis conflata esse existimat. Cui facile quidem largior nullam omnino scholiorum ad h. l. esse auctoritatem, attamen nihil absurdi habet opinio, quam ipsa poetae verba *τῶν μελέων ποιητήν* testantur, choregum istum, cuius avaritia h. l. exagitatur, simul fuisse poetam melicum, cuius mala poemata una eademque opera ab Aristophane (dithyrambicorum irrisore) notari cum Elmsleyo suspicor. Sed glossema esse *τὸν ξυγγραφῆ* parum probabile mihi quidem videtur et potius facili librarii errore in textum venisse suspicor.

Nempe correxerim:

Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος, ξυρραφέα τῶν μελέων ποιητήν, κτέ.

i. e. consarcinatorem suorum carminum poetam, sive solam pessimam carminum compositionem Aristophanes notare voluit, sive plagii simul subest insimulatio.

Nova quidem est vox *ξ(σ)υρραφεύς*, sed optime formata a verbo *συρράπτειν*. De ultimis verbis *ἀπέκλεισε δείπνων* vid. Leeuwenii notam.

Vs. 1181. *καὶ Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος.*

Leeuwenii coniecturam *ἐξέσεισεν* impugnavi Mnem. XXX p. 39 sq. Equidem non dubito quin recte olim Dobree hunc vs., ut repetitum e vs. 547, expunxerit.

Vs. 1219 sq. Vide quid tentaverim Mnem. XXX 40.

Vs. 1296. Recte Elmsleyi correctionem *Λαμαχίσκιον* pro *Λαμαχίππιον* recepit vLeeuwen. Neque enim ullum est vulgatae praesidium in *κρόνιππος* (iuxta *κρόνος*) Nub. 1066, quod scite idem vernaculo sermone vertit „oude knol".

AD EQUITES.

Vs. 9. *ἵνα | ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον.*

Theophylactides Epist. XXXV *δεῦρο ξυναυλίαν, γερόντιον, κλαύσωμεν.* Synesius Epist. IV prope initium: *νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα*, ubi naufragium suum describit.

Vs. 18. De vocabulis *κομψευρικῶς* pro *-ιδικῶς* et (Nub. 15) *συνωρικεύομαι* pro *-ιδικεύομαι* vid. huiuscemodi syncoparum exempla plurima a me collecta in Lexico graeco suppletorio et dialectico s. v. *τριμίσκον* et in Appendice. — Post hunc versum Richards collocat vs. 18; tum aut vs. 11 et 12 personae B tribuens aut personae A verba *λέγε σύ* et personae B *σὺ μὲν οὖν μοι λέγε.* Mihi non liquet.

Vs. 29. *ὀτιὴ τὸ δέρμα τῶν δεφομένων ἀπέρχεται.*

Metrum corrigunt alii cum Brunckio ex uno codice *τὸ δέρμ' ὀτιή*, alii cum Reisigio traiciendo *ἀπέρχεται τῶν δεφομένων*, alii perperam cum Bentleio delendo articulo, quo carere vix possumus. Novissime tandem vLeeuwen violentius reposuit *τρίβεται* pro *ἀπέρχεται*, quod verbum nullum praebeat sensum.

Imo optimum et me iudice multo meliorem, modo intellegamus ἀπὸ τοῦ βαλάνου. Nempe Demostheni pessimum omen videtur masturbantibus aut muliebria patientibus (utroque enim sensu verbum adhibetur) propudium abire a glande, quia periculum est ne ipsis fuste aut flagello caesis abeat cus a corpore. Cf. etiam Willems l. l.

Mihi transponendum videtur:

τῶν δεφομένων ὅτιὴ τὸ δέρμ' ἀπέρχεται.

Vs. 44. ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην Παφλαγόνα.

Deleatur virgula post δοῦλον, ut passim occurrunt δοῦλοι κλινοποιοί, μαχαιροποιοί etc.

Vs. 47. (Cleon) ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην
ᾔκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα
κοσκυλματίοις ἄκροισι κτἕ.

Prorsus mihi persuasit collega Leidensis nihi profici Helbigii et Kockii coniecturis σαθροῖσι et σαπροῖσι pro ἄκροισι et vitio natum esse ipsum κοσκυλματίοις, quo significari coriorum ramenta scholiastae manifesto αὐτοσχεδιάζουσιν, ita putantes, quod Cleonem coriarium esse noverant.

Facillima quidem foret huius loci correctio, si satis constaret Suidam Thesm. 852:

τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοικύλλεις ἔχων;

verbum κοικύλλειν recte interpretari κακοτεχνεῖν, ita enim mutatione vix ulla corrigi posset κοικυλματίοις, i. e. κακοτεχνίαις, sed quid sibi vellet hoc verbum iam veteres grammatici ambigebant, quorum sententias collectas vide in Thesauri vol. IV p. 1705 s. v. Num recte explicet vLeeuwen l. l. intentissimis oculis intucri, aliorum esto iudicium.

Verum fac perperam explicare Suidam, ne sic quidem fortasse desperandum est de loco nostro corrigendo. Neque enim violenta est et difficultatem plane expedit substitutio alius vocabuli, novi quidem sed optime formati a verbo ποικίλλειν, adhibito de dolosa, astuta, versuta oratione sive actione non solum a tra-

gicis, sed etiam oratione pedestri, ut Plat. Symp. p. 218 C, Legg. IV p. 863 et a recentioribus multis. Ipse Cleon infra vs. 768 hoc sensu ποικίλος dicitur et adv. ποικίλως usurpatur vs. 459. Cf. etiam ποικιλόμητις, ποικιλόβουλος. Nempe corrigendum suspicor:

ἐξηπάτα
ποικιλματίοις ἄκροισι κτέ.

Dudum his scriptis animadverto similiter Berglerum in Thesmophoriazusarum l. l. proposuisse ποικίλλεις, quod si non recte coniecit, certe non improbandum cum Leeuwenio, quod sit verbum a dictione comica alienum, sed de illo quidem loco non habeo quod affirmem.

Vs. 84. ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

Emendationem meam αἱρετώτατος recepit vLeeuwen.

Vs. 89. Vid. Mnem. XXX p. 40 et Append. ad Stud. Thuc.

Vs. 93. πλουτοῦσι, διακράττουσι, νικῶσιν δίκας κτέ.

Propterea quod verbum διαπράττειν, perficere, numquam ponitur sine obiecto, olim suasi εὖ πράττουσι.

Vs. 101. ὡς εὐτυχῶς, ὅτι οὐκ ἐλήφθην ἐνδόθεν κλέπτων τὸν οἶνον.

Quia ἔχει, quod cogitandum foret ad εὐτυχῶς, non est ex iis vocabulis, quae ellipsin patiuntur, requiro aut εὐτυχές, scil. ἐστιν, aut cum Reiskio ηὐτυχησ' (εὐτ).

Vs. 124. πολλῷ γ' ὁ Βάκις ἐχρῆτο τῷ „ποτηρίῳ."

Sic edens vLeeuwen interpretatur voce „poculo", quod tamen non sequitur ex antecedentibus, ubi bis legitur ἑτέραν ἔγχεον, quae potius favent interpretationi bibax sane fuit Bacis, ut innuatur ebrii deliramenta esse eius oracula. Videndum igitur num ita recte dici potuerit pro πολλοῖς — τοῖς ποτηρίοις.

Vs. 143. ἀλλαντοπώλης ἔσθ' ὁ τοῦτον ἐξελῶν.

Sic solus R; reliquorum lectio ἐξολῶν cur praestet exposui Stud. Crit. p. 50 et Herm. XXIV p. 607. Recepit vLeeuwen.

Vs. 162. λαικάσεις. Petronius Sat. 42 init. frigore, laecasin (an „laecason?") dixi. Cf. francogallicum va te faire f...

Vs. 175. εὐδαιμονήσω δ', εἴ διαστραφήσομαι;
Similis iocus extat Pac. 369 sq. et Av. 177.

Vs. 189. — πλῆν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.
Hinc olim emendavi Procopii locum de bello Persico p. 195, 15 ed. Haury, qui me secutus delevit γράψαι.

Vs. 198 sq.; 220; 259. De his vss. egi Mnem. l. l. p. 41 sq., cf. etiam Herm. l. l.

Vs. 213. ταῦθ' ἅπερ ποιεῖς ποίει.
τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα.
. Rectissime Lenting ταὔθ', eadem fac quae facis. Quo iure vLeeuwen ita legendum fuisse πάλαι aut ἀεὶ pro ποίει contendat, me quidem latet. Optime enim procedit sententia. Vix ταῦθ' ἅπερ pro ἃ aut ὅσα probi est atticismi.

Vs. 257. Paphl. ἀλλ' ἐγώ σε τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι.
Suspectum mihi est πρῶτα dictum eo sensu, quo εὐθύς aut αὐτίκα solet usurpari. Nescio an vera lectio sit ῥᾷστα.

Vs. 274. καὶ κέκραγας, ᾧπερ ἀεὶ τὴν πόλιν καταστρέφει;
Citat vLeeuwen coniecturam meam ὡς pro καί. Ambigo autem sitne ita scribendum sine interrogatione, an ᾗ, quod proposui Mnem. XXIV p. 297. Utraque enim vocula cum καί confundi solet.

Vs. 289. κἀπιορκῶ γε πράττειν. Dudum ante Leeuwenium proposui κἀπιορκεῖν.

Vs. 360. Mnem. XIX p. 387 sq. pro μόνος malebam μόνον, quod iam Bentleium coniecisse ignorabam. Sed recte fortasse vLeeuwen ita tuetur, ut verba μόνος κτἑ. παρὰ προσδοκίαν dicta accipiantur.

Vs. 383. ἦν ἄρα πυρός θ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων
ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι.

Male sana esse verba ἐν πόλει, quae attice nihil aliud significent quam in arce, convenit mihi cum collega. Conieci:

καὶ λόγων
αὖ λόγοι τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι.

Eq. 397. ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδεύεσαι καὶ μεθίστησι τοῦ χρώματος τοῦ παρεστηκότος.

Si χρῶμα τὸ παρεστηκός hic proprio sensu dictum esset, non metaphorico τῆς ἀναιδείας, vere vLeeuwen coniecturae meae μεθίησι obiecisset verbum μεθιέναι aptum non esse. Nunc perpendas quaeso quae scripsi Herm. XXIV p. 608.

Vs. 347. εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου (ἢ add. Meineke)
μετοίκου.

Nuperrime M. Sharpley in Class. Revue a. 1905, p. 58 sq. speciose proposuit κατ' ἀσθενοῦς, pauperis scil. et gratia carentis. Cf. lexica.

Vs. 405. Vid. Mnem. l. l. p. 43.

Vs. 407. Cur Ravennatis codicis lectio πυροπίπην praeferenda sit alteri πυρροπίπην lucide exposuit A. Willems, Notes sur les Guèpes et les Cavaliers d'Aristophane, Bruxelles a. 33 sq. — Ad vs. 410 ἢ μήποτ' ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι παραγενοίμην idem p. 34 sq. probabiliter suspicatur Jovis Forensis victimarum viscera consumi solita esse in Prytaneo. — Digna quoque est quae consideretur eiusdem explicatio traditae lectionis vs. 505 (p. 36—44), quam et ipse (sed minus recte fortasse) tutatus sum Mnem. l. l. Willemsii si sequimur interpretationem, intellegendum est: O vos qui iam omnigenarum bonarum artium vestra ipsorum experientia estis aestimatores. Fortasse autem non prorsus inutile est animadvertisse licentiam, qua iam Aristophanis aetate dici coeptum est καθ' ἑαυτούς pro καθ' ὑμᾶς αὐτούς, ut confirmat Avium vs. 808, ubi ἑαυτούς positum est pro ἡμᾶς αὐτούς.

Vs. 405 et 453 sqq. Vid. Mnem. l. l. p. 43 sq.

Vs. 435. οὔ τοι — καταπροίξει τάλαντα πολλὰ κλέψας Ἀθηναίων. Recepit vLeeuwen suam Hartmanique coniecturam · πέντε, speciosam quidem, sed, quia ferri potest vulgata, incertior quam quae in textu admittatur.

Vs. 481. ἐγώ σε νὴ τὸν Ἡρακλέα παραστορῶ.
Iuxta quem quaeso? Fugit me vis praepositionis. Expectatur καταστορῶ, quod iuxta verbum simplex sternere, prosternere denotat.

Vs. 505—507. Si serio haec dicta sunt (quod potest fortasse dubitari), consentaneum est ut choro ius fuerit recusandi declamationem aut cantum carminum, quae sibi displicerent.

Vs. 526. εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει κτἑ.
Innumeris paene coniecturis in verba conclamata πολλῷ — ἐπαίνῳ (Cf. Leeuwenii nota critica; ipse proposui Ex. Crit. VII: πολλῷ ῥῷ τῶν ἐπινοιῶν, sed iusto gravior est mutatio) nuper nova accessit Verrallii suspicio lenissima quidem, sed me iudice doctior et acutior quam probabilior (olet enim lucernam nec spirat ingenium stilumve Aristophaneum) poetam scripsisse πόλλ' · ἱρεύσας ποτ' Ἐπαίνῳ. — In Mnemosynes l. l. p. 43 pro ἀφελῶν, quod frustra tuetur vLeeuwen, dubitabundus proposui ὁμαλῶν. Hodie vero literis traditis pressius insistens scripserim potius ἀφνεῶν, per opulenta (laeta) prata, coll. Pindarico (Pyth. XI. 15) ἀφνεαῖς ἀρούραισι, quale poeticum vocabulum huius loci sublimitatem apprimis decere videtur.

Vs. 529. Lectionem traditam κραμβότατον defendi Mnem. l. l.

Vs. 534. *αὖον*. Attica esse *αὖος*, *αὑαίνειν* cum spiritu aspero testantur composita *ἀφαύειν* et *ἀφαναίνειν* et *καθαναίνειν*. Quod moneo propterea quod collega hic et alibi (vel nuperrime Eccl. 307 *ἄρτον αὖον*) retinuit spiritum lenem praeter Ran. 194, ubi recte edidit *Αὑαίνου*. — Similiter composito *καθανύτειν* confirmatur spiritus asper verbi attici *ἀνύτειν*, quem idem recte ubique in editionibus suis revocavit.

Vs. 536. Cf. Mnem. XXIV p. 297.

Vs. 555—558. Egregie h. l. illustravit A. Willems in diatriba, Les Régates à Athènes, Revue de l'Instruction publique en Belgique Tom. XLVII, 2 livr. 1904, p. 81 suiv., ubi *μισθοφόρος*, immerito sollicitatum a Leeuwenio in editione et a me ipso Mnem. l. l., recte explicat mercede conductae (publicae scil. a privatis) et *καὶ βαρυδαιμονούντων* vel infortunatis (quamvis victoriam non reportaverint). Caecutiebamus ambo!

Vs. 583. Mnemos. XXIV p. 298 pro *ποιηταῖς* proposui *πόροισιν*.

Vs. 597. *ξυνδιήνεγκαν*. Nostri usus commendat formam atticam *ξυνδιήνεγκον*.

Vs. 598. *ἀλλὰ τὰν τῇ γῇ μὲν αὐτῶν οὐκ ἄγαν θαυμάζομεν,*
ὡς ὅτ' εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς κτέ.

Optimo quidem iure vLeeuwen coniecturae meae *οὐ τόσον* (Ex. Crit. VII), quae aliis placuit, obmovit ab attico usu alienum esse *τόσον* pro *τοσοῦτον*, sed vulgatam defendens non animadvertit ita *ἄγαν*, quod apud nostrum constanter nimis significat, hic denotare valde, ut neglegam loci structuram ita, quod ipse concedit, tribuendam esse elegantissimi poetae imprudentiae, quam equidem haud facile admiserim. Nec quidquam huic structurae expedit comparatum a Richardsio Aristotelis (cuius dictio longe discedit ab Aristophanico) *οὐ λίαν* Eth. 4. 7. 1127 b 12, nec magis eiusdem critici coniectura *ὡς* (*δ'*), qua me iudice malum etiam augeretur.

Aut igitur fallor, aut noster recte et ordine scripsisse existimandus est:

οὐκ ἴσον θαυμάζομεν
ὡς δή εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς.

Ἴσον recte sit dici posse persuadebunt praeter analoga multa loci citati in Thesauri vol. IV p. 682.

Vs. 554 sq. et vs. 588. De his vid. Mnem. l. l. p. 44.

Vs. 603. ληπτέον μᾶλλον, τί δρῶμεν; κτἑ.

Hodieque mihi placet coniectura proposita Ex. Crit. p. VII μᾶλλόν τι, ὦνδρες, quia vix est ibi formulae dubitandi locus.

Vs. 605. ταῖς ὁπλαῖς ὤρυττον εὐνὰς καὶ μετῇσαν στρώματα,
ἤσθιον δὲ τοὺς παγούρους ἀντὶ ποίας Μηδικῆς.

Pro lectione βρώματα, quam „manifeste vitiosam" vocat vLeeuwen, tamen militare videtur versus sequens, et falsissimum est quod contendit βρῶμα non esse dictionis atticae. Inspicas mihi Iacobii comicae dictionis indicem s. v. Cf. etiam Willens l. l. p. 14 sq. Ceterum utra lectio praeferenda sit ambigo.

Vs. 607. Mnem. IV pr. ser. a. 1855 emendavi p. 217 ἀνεφρυάξανθ' pro ἀνεβρύαξαν. Recepit vLeeuwen.

Vs. 626. ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναρρηγνὺς ἔπη
τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων
κρημνοὺς ἐρείδων καὶ ξυνωμότας λέγων.

Lenissimae et, ut mihi quidem videtur, aptissimae Brunckii emendationi ἐρείπων bellum indixit collega Leidensis, quod sit verbum epicum, nec coniciendi sed evertendi, deiciendi vim habeat. At enim haec ipsa notio imperiose postulatur, propterea quod κρημνός non est lapis sive saxum, sed rupes, quae ut cadere possit evertenda est ut urbis

moenia, de quibus cum ab Atticis omnibus tum ab aliis passim usurpatur verbum κατερείπειν (haud raro confusum a librariis cum καταρρίπτειν), contra vere verbo κυλίνδειν, volvere, volutare, quod ipse minus leniter reponi iussit, rupis naturam spectanti parum probabile videbitur. In verbo simplice si quis forte ut minus attico (num satis novimus?) haeret, nihil impedit quominus suspicetur κατερείπων.

Vs. 664. Pro τοῦτ' ἀκούσας requirebam τοῦτο νοήσας. Ex. Crit. p. XIII. Si quid mutandum, modulatius coniecissem ὃ δ' ὑπονοήσας, ut legitur vs. 652; sed fortasse acquiescendum vulgatis.

Vs. 712. ἀλλ', ὦ πονηρέ, σοὶ μὲν οὐδὲν πείθεται.

Imo vero πείσεται.

Vs. 715. Post h. vs. in Leeuweniana editione operarum culpa excidit *ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ*.

Vs. 722. οὐκ, ὠγάθ', ἐν βουλῇ με δόξεις καθυβρίσαι.

Ex. Crit. p. VIII proponebam μ' ἔθ' ἕξεις. Quod ni forte sufficit, possis:

οὐχ, ὥσπερ ἐν βουλῇ, μ' ἔθ' ἕξεις καθυβρίσαι.
ἴωμεν εἰς πὸν δῆμον.

Utut est, vulgatam laborare mihi convenit cum Leeuwenio, cuius vide notas. — Quia in sequentibus Δῆμος est nomen proprium, fortasse recte Meineke (improbante Leeuwenio) coniecit ὡς τὸν Δῆμον, quod ignorans ipse idem proposui Exc. Crit. VIII, ut ignorabam iam Cobetum ante me κατασπαράξετε emendasse pro κατεσπάραξατε vs. 729 sq. neque sane hodie necessariam puto, quod tunc putabam, coniecturam meam:

οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας,
τὴν <τ'> εἰρεσιώνην μὴ (pro μου) κατασπαράξετε;

licet eam lectionem non spernerem, si in codice aliquo legeretur.

Vs. 751. Stud. Crit. VIII, coll. Ach. 43, recte coniecisse mihi videor ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε χρὴ παριέν' εἰς τὴν Πύκνα pro χρῆν παρεῖν, deleta distinctione ante haec verba. — Ibidem vs. 747 malebam ὦ Δημίδιον, εἶθ' pro ὦ Δῆμ', ἵν' εἴδῃς, sed sana videtur vulgata.

Vs. 755. κέχηνεν ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσχάδας.

Loco obscurissimo novissime mederi conatus est Verrall coniciendo ἐμπεδίζων ἰσχαδᾶς, quod si ipsi credamus, significet a figbird gnat-hunting. Ingeniose sane, sed cuinam quaeso vir doctus persuadebit hoc uno loco duo periisse vocabula penitus ignota? Quam ariolationem ln Lexicon meum me recepisse iam dudum poenituit. Loci interpretationem denuo tentavit A. Willems l.l. p. 46 sq., de quo quidem tentamine (mihi enim non liquet) alii iudicanto, sed minime dubito quin recte vs. 762 verba τὴν ἄκατον παραβάλλου, de quibus erravlt vLeeuwen, ibidem p. 47 sqq. vertat: lance à bord ton navire = le place par le travers de l'ennemi.

Vs. 756. νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ.

Scholiastam metricum, qui loquatur de tribus versibus asynartetis (756—758), hic legisse ἰέναι conieci Stud. Crit. p. 55, et in vs. antithetico 836:

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς κοινὸν ὠφέλημα

(cf. Aesch. Prom. 672), ut scriptum extat in codice saec. XIII Ambrosiano, E 39 sup. n⁰ 3, quem a. 1857 Mediolani contuli suprascripta vulgata γρ. μέγιστον. Quia tamen ἐξιέναι necessarium videtur coll. Eur. Med. 278 et Herc. 857, nec verbum simplex in hac formula usquam legitur, probabile est etiam κοινὸν h. l. ex loco Aeschyleo in margine adscriptum se insinuasse in textum.

Vs. 807. Cf. Mnem. XIX p. 389. Recte vLeeuwen ἰχνεύων explicare videtur: „calculum circumspiciens quo te petat".

Vs. 809. Stud. crit. p. 50 sq. propter vs. 797 sq. requirebam αὐτοῦ pro σαυτοῦ hodieque requiro.

Vs. 814. Μεγάλην pro μεστὴν non Leeuwenii, sed mea coniectura est, proposita Exerc. Crit. VIII propter oppositum μικροπολίτας vs. 817. Cf. Mnemos. l. l. p. 45. — Ibidem egi de vs. 853.

Vs. 819. Emendatio mea ἔφευγεν pro φεύγει, recepta a Leeuwenio, legitur Stud. crit. p. 51. Cf. Herm. XXIV p. 608.

Vs. 892. οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖς βύρσης κάκιστον ὄζων; Haec librorum lectio magis favet Lentingii correctioni ὄζον quam Kockianae ἀποφθερεῖς; — ὄζει, quam recepit vLeeuwen. Nec vero a probabilitate abhorret ita diccre Demum ad ipsum pallium, quod oblatum sibi a Paphlagone indignabundus ubicit. Qua recepta emendatione, simul eximiam nancismur paratragoediam. Simillime enim Cassandra apud Aeschylum Agam 1261 sceptrum et vittas abiciens exclamat: ἴτ' εἰς φθόρον πεσόντα κτἑ.

Vs. 902. καὶ νὴ Δί' ἦν γε τοῦτο Πυρράνδρου τὸ μηχάνημα.
Quaecumque est vera huius nominis explicatio; de alio nemine quam de Cleone dici potuisse clamare mihi videtur loci contextus. Cf. Leeuwenii adnotatio.

Vs. 910. Paphl. ἀπομυξάμενος, ὦ Δῆμ', ἐμοῦ
πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ.
Isic. ἐμοῦ μὲν οὖν, ἐμοῦ μὲν οὖν.

Subit mirari hoc unico loco impudentia Paphlagonem superare isiciarium, qui semper alibi, nec sine causa, superior discedit e contentione. Consentaneum est ut aut ipsius poetae imprudentia hoc factum esse putemus aut (quod potius crediderim) circa h. l. nonnulla periisse et Aristophanem priora verba tribuisse Agoracrito, posteriora Cleoni.

Vs. 918. *παῦε, ποῦ' ὑπερζέων.*

Brunckii coniectura *ὑπερζέοντ'* vel ideo repudianda videtur, quod attice sensu transitivo *παῦσον* dicendum fuisset. Nusquam certe *παῦε* transitivum est in comoedia.

Vs. 921. Praeferendam arbitror alteram Bothii coniecturam, pro *δᾳδῶν* legendum esse *δαλίων*, ei quam recepit vLeeuwen *δᾳδίων*. Nam *δᾴδια* sunt faces, *δάλια* torres, quos sententia flagitat. Cf. Pac. 959.

Vs. 934. Vid. Memn. l. l. p. 45.

Vs. 940. *εὖ [γε] νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα <σύ γ' ηὖξω>.*

Sic hodie lacunam expleverim, recte admonitus a Leeuwenio minus attice me olim supplevisse *τόδ' ηὖξω* pro *τοῦτ' ηὖξω*.

Vs. 973. *ἥδιστον φάος ἡμέρας*
ἔσται τοῖσι παροῦσι καὶ
τοῖς ἀφικνουμένοις,
ἢν Κλέων ἀπόληται.

Dobree supplevit *παροῦσι <πᾶσιν>* melius quam vLeeuwen *καὶ <πᾶσιν>*, quia inde contra poetae mentem efficiendum foret *οὐ πᾶσι τοῖς παροῦσι*, sed utroque probabilius me iudice Cobet, quem recte secutus est Meineke:

τοῖσ<ιν εἰσ>αφικνουμένοις.

Vs. 1013. Hic et ubique pro *ἀετός* Aristophani reddatur *αἰετός*. Vid. Meisterhans—Schwyzer p. 33, 5.

Vs. 1024. *σοὶ δ' εἶπε σῴζεσθαί μ' ὁ Φοῖβος τὸν κύνα.*

Propter appositionem requiritur *ἐμὲ* (pro *με*) — *τὸν κύνα* (vid. v. c. Nub. 29). Corrigatur igitur *σῴζεσθαί 'μ'*.

Vs. 1026. *ὥσπερ ἀθάρης σου τῶν λογίων παρεσθίει.*

Bene haec verba interpretatur vLeeuwen, neque unius assis est Verrallii ariolatio *θύρας — παρεισέθει*, he slipped in at the door of your oracle.

Vs. 1046. Fortasse ferri potest plerorumque codicum lectio *ξύλων*, coll. Herod. II 63 *πολλοὶ ξύλων κορύνας ἔχοντες*. Minus tamen insolenter Blaydes coniecit *ξύλου*, quod certe praeferendum lectioni *ξύλον* receptae a Leeuwenio. Potest etiam conici *κἀκ ξύλων* pro *καὶ ξύλων*, coll. vs. 1310.

Vs. 1057. *χέσαιτο γάρ, εἰ μάχεσαιτο.*

Verborum lusu excusatur forma vitiosa *χέσαιτο* pro *χέσαι*, ut supra vs. 115 *ῥέγκεται* (pro *ῥέγκει*) *καὶ πέρδεται*. Manifesto ludibundi sunt vitia ad risum captandum, ut *πρίων* Ach. 36. Similiter hodieque ludit Musa popularis. Facio cum iis qui requirunt pro *γάρ* particulam cunditionalem. vLeeuwen suspicatur *κεν*, sed facilior correctio est *γ' ἄν*.

Vs. 1068. *ταχύπουν.*

Hic similesque locl docent antiquiorem esse usum accusativi *ποῦν* pro *πόδα* in compositis, quam e titulis atticis efficeres. Vid. Meisterhans—Schwyzer p. 149, 8.

Vs. 1102. *πολλάκις*. Sine causa Blaydes *πολλὰ γάρ*. Vid. vs. 1222 et quae de *γάρ* omisso scribam ad Pacem vs. 47.

Vs. 1280. *ἀλλ' ἔτι τόνδ'* (sc. *τὸν χρησμὸν*) *ἐπάκουσον.*

Necessaria mihi quidem videtur Cobeti correctio *τοῦδ'*, nihil enim ad rem esse arbitror quae vLeeuwen obmovet formularum *ἐπακούειν τινός τι* et *ὑπακούειν τινί τι* exempla, quibus similia plurima addi possunt. Pertinent haec omnia ad pronominum genus neutrum, cuius usu vulgarius est nihil. Nemo autem v. c. e formula *τοῦτ'* (*ταῦτ'*) *ἐπείσθη*

efficiat, ut opinor, graecum esse *τοῦτον τὸν λόγον ἐπείσθη*. Cf. infra ad Nub. 638.

Vs. 1094. *εἶτα κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην.*

Paullo neglegentius sic scriptum videtur pro eo quod expectamus:

ἀμβροσίαν τῆς σῆς, τῆς τούτου δὲ σκοροδάλμην.

Attamen sana videtur tradita lectio.

Vs. 1122. *ταῖς κόμαις*. Contra expectationem pro *τῷ ἐγκεφάλῳ* sive *ταῖς φρεσίν*. Cf. vs. 580 *μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀπεστλεγγισμένοις*, ubi calidius probabam Mnem. l. l. Leeuwenii coniecturam *ἀνεστλεγγισμένοις*, quam et ipse deinde retractavit.

Vs. 1126. *βρύλλων τὰ καθ' ἡμέραν.*

Symmachi sententiam *βρύλλειν* cohaerere cum infantulorum voce *βρῦν* = *πίνειν* (Nub. 1385) doctissimus editor Leidensis impugnat hoc argumento, quod vocalis *ῡ* non sit stirpi propria sed exitui. Unde vero quaeso apparet non fuisse, si quidem e primitivo *βρυ-ύλλειν* necessaria contractione nasci debuit *βρύλλειν*. Nec vero necessario est, ut Leeuwenio videtur, verbum deminutivum; nam si non est, comparari potest *μύλλειν*. — Sin cui suspectum est verbum nusquam alibi occurrens, facilis in promptu est coniectura *βρύκων*, coll. Av. 26, Pac. 1270, Lys. 300, Diphili fragm. ap. Athen. VI 292, vs. 28. Nec sane bibendi sive sorbendi notio hic aeque apta videtur ac vescendi.

Vs. 1163. *εἴ τι* (pro *ἦ 'γὼ*) *θρύψομαι* probabils videtur Hartmani correctio.

Vs. 1189. *ἡ Τριτογένης γὰρ αὐτὸν ἐνετριτώνισεν.*

Cobeti coniecturae *Τριτογενεῖ' ἄρ'* recte vLeeuwen obmovit voculae *ἄρα* hic locum non esse. Sed quia tamen necessaria videtur forma feminina, nescio an genuina lectio *ἡ Τριτογένειά γ'.*

Vs. 1230. Coniecturam meam ὑφ' οὗ δεῖ μ' ἀνδρὸς (Exc. crit. VIII sq.) recepit vLeeuwen.

Vs. 1231. Vid. ad Acharn. 980.

Vs. 1248. Paphl. οἴμοι κακοδαίμων· οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.
λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.
Vix huius loci est asyndeton. Expectamus:
λεπτὴ δ' ἔτ' ἐλπίς ἐστ'.

Vs. 1250. ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι κτἑ.
Fortasse alluditur ad Cassandrae verba apud Aeschylum Agam. 1267. Cf. supra ad vs. 892.

Vs. 1251. σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται
κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.
Haec verba ex Alcestide Euripidea, mutato σώφρων in κλέπτης, desumpta ab Aristophane in rem suam convertit Procopius Gazaeus Epist. XXIV extr. scribens: εὔνους μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, κρείττων δὲ ἴσως, quod novum est testimonium lectionis optimorum librorum, pro qua οὐχὶ habet Suidas.

Vs. 1281. Stud. Crit. IX proposui κἄλλων μέτα pro καὶ βούλεται. Nunc cf. Leeuwenii nota. — Defendi et ipse ᾐσθόμην vs. 1282. Herm. XXIV p. 608.

Vs. 1283. καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας.
Cum scholio ad h. l. ἐσχάρας: τὰ τῶν γυναικῶν αἰδοῖα comparetur Philoxeni glossa landica: ἐσχαράδιν (= -άδιον) et Priapea LXXVIII, 5, ubi haec vox latina occurrit. De hac nequitia cf. Iuvenal IX 9, dum Rhodopes uda terit inguina barba, porro II 49; VI 304 sq.; X 323; Mart. XV 53.

Vs. 1296. τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως.
Stud. Crit. p. 51, coll. Vesp. 555, conieci ἐλεινῶς. Velsenio tribuitur haec coniectura a Leeuwenio. Num igitur hic eam proposuit ante a. 1872, quo prodiit opus meum? Utut est, probabilis videtur suspicio. Similiter eidem iure aut iniuria tribuit, quod olim vs. 1376 τοιαδὶ στωμύλλεται restituebam pro στωμυλεῖται τοιαδί.

Vs. 1300. ξυνελθεῖν εἰς λόγον. Frequentior in hac formula est pluralis λόγους.

Vs. 1319. παιωνίζειν.
Attici bona aetate vix aliter quam παιανίζειν dixisse videntur, quamquam prior forma eccurrit in codicibus Pac. 555 et apud alios scriptores atticos. Ionicam esse confirmat nota fabula de Paeonibus apud Herodotum V I. Transiisse videtur in sermonem communem et inde hic illic se insinuasse in veterum quoque Atticorum scripta.

Vs. 1331. τεττιγοφόρας.
Flagitante metro hanc formam restituit Porson ex Hesychio pro oodicum lectione τεττιγοφόρος, quam sequitur etiam Procopius Gazaeus Epist. XVIII scribens: καὶ γάρ σε νῦν ἐπιθυμῶν ἀρχαίῳ σχήματι τεττιγοφόρον ἰδεῖν κέχηνα τῇ θαλάττῃ κτἑ., ubi fieri potest ut λαμπρόν, quod apud Aristophanem post σχήματι additur (sc. λαμπρὸς), exciderit.

Vs. 1343. τούτοις ὁπότε χρήσαιτό τις προοιμίοις.
Verte: his (verbis) quoties oliquis (tamquam) prooemiis utebatur. Speciosius quam verius τοῖς pro τις proposuit Lentihg.

Vs. 1355. Voci graecae βωμολόχος respondet fere latina balatro. Cf. Hor. Sat. I 2, 3.

Vs. 1378. Dem. οὐδ' ἀγοράσει τ' ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.
Isic. ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων.

Verbum corruptum ἀγοράσει originem debere versui sequenti recte agnovisse videtur vLeeuwen, sed e coniecturis propositis nulla mihi placet. Accedat haec mea:

οὐδ' <αὖ φαν>εῖτ' ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.

Quam feci proficiens e collegae verbis hisce:

„Particula τ' ἔτ' mutabat Lenting, delebat Dindorf. Equidem „vitii aperti hoc vestigium delere nolui, dubitans „an futurum aliquod in -τ'(αι) desinens dederit „poeta". Quale nunc repperisse mihi videor.

Vs. 1376. Vid. ad vs. 1296.

Vs. 1385. καὶ παῖδ' ἐνόρχην, ὅσπερ οἴσει, τόνδε σοι.

Fortasse dedisse existimandus est poeta ὃς περιοίσει, quod acute coniecit Richards. Nam vix satis recte in tali sententia habet ὅσπερ. Expectatur enim potius ὅστις οἴσει, qui portet, quam ὅσπερ οἴσει, qui portabit.

Vs. 1387. Dem. μακάριος εἰς τἀρχαῖα δὴ καθίσταμαι.

Append. ad. Stud. Crit. p. 30: „Nonne μεθίσταμαι?" Recte se haberet vulgata, se additum feret αὖθις aut simile quid. Possis etiam cum Blaydesio rescribere εἰς τἀρχαῖον αὖ, sed minus leni mutatione.

Vs. 1399. Vid. Mnemos. l. l. p. 45.

Vs. 1404 sq. Vid. Mnem. XXIV p. 298.

AD NUBES.

Vs. 15 et 35 sqq. Vid. ad Eq. 18 et Mnem. l. l. p. 45.

Vs. 24. Vid. Weidner ad Iuvenalem VI 54.

Vs. 26. Spurium esse hunc versum, conflictum ad exemplum vs. 16, suspicabar Ex. crit. IX. Hodieque absurdum mihi videtur *ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων*, quasi vero somniare (sensu proprio dictum) non sit semper dormientis. Nec ioci causa, qui foret frigidus admodum, de industria ita poetam scripsisse probabiliter statuas.

Vs. 59. *ὅτι τῶν παχειῶν ἐνετίθεις θρυαλλίδων.*

Imperfectum *ἐνετίθεις*, significans impositurus eras, imponere volebas, hic prorsus eandem admittit interpretationem atque *ἧπτες* vs. 57 *τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον*, neque igitur obsequar Leeuwenio reponenti *ἐντιθεῖς*. Cf. etiam vss. 63 et 65.

Vs. 63. *ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα*
Ξάνθιππον ἢ Χάριππον ἢ Καλλιππίδην,
ἐγὼ δὲ τοῦ πάππου 'τιθέμην Φειδωνίδην.

Notanda liberior verborum compositio, nam plena oratio foret: <*τιθεμένη*> *Ξάνθιππον κτἑ.* Scribere potuerat poeta v. c. *ἡ μὲν γὰρ ἐτίθεθ', ἵππον προστιθεῖσ' ἀεί, Ξάνθιππον κτἑ.*

Sed procul dubio sana est vulgata lectio.

Vs. 124. *ἀλλ' οὐ περιόψεταί μ' ὁ θεῖος Μεγακλέης*
ἄνιππον, ἀλλ' εἴσειμι, σοῦ δ' οὐ φροντιῶ.

Si cum Cobeto corrigitur *ἄνιππον ὄντ', ἀλλ' εἶμι*, interpretandum: sed ibo (ad Megaclem); sin cum Blaydesio, quem vLeeuwen

sequitur, ἄνιππον <ὄντ'>·εἴσειμι: introibo. Difficillima est optio sed magis mihi quidem arridet Cobeti sententia.

Vs. 185 sqq. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 143. Append. ad Stud. crit. p. 30 commendabam lectionem πῶς δῆτα διεμέτρησε;

Vs. 151. Coniecturam meam ψυγέντος correctam in ψυχέντος pro ψυχείσῃ recepit vLeeuwen.

Vs. 179. Pro θοἰμάτιον (Hermann θυμάτιον) conieci θυλάκιον Ex. Crit. IX, sed vide Leeuwenii notam.

Vs. 206. Discip. αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης, ὁρᾷς;
αἵδε μὲν Ἀθῆναι. Streps. τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι,
ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὁρῶ καθημένους.
209. Discip. ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον.
Streps. καὶ ποῦ Κικυννῆς εἰσίν, οὑμοὶ δημόται;

Vs. 209, quem delebat Cobet, sanequam insulsus esset, si verbis Ἀττικὸν τὸ χωρίον significaretur urbs Athenarum, verum non hanc, sed regionem Atticam significari apparet e versu sequenti, quandoquidem Cicynnenses non Athenis, sed in pago suo habitabant, unde simul apparet versum omnino abesse non posse. Pergit autem, nisi fallor, Socratis discipulus explicare Strepsiadi tabulam geographicam dicendo: nam haec quam vides regiuncula (sic enim, non χώραν appellare eam videtur, habita ratione totius tabulae) vere est Attica; quibus verbis simul homini persuadet locum modo indicatum esse Athenas. — Ita tamen nescio an iure Dobree Ἀττικὸν in Ἀττικὴ refinxerit.

Vss. 248; 264; 325. Vid. Mnem. XXX p. 46 sq. et XXI p. 354.

Vs. 251. Non debuerat vLeeuwen afferre coniecturam meam ὄντως pro ὀρθῶς, quam ipse repudiavi Append. ad Stud. Crit. p. 30, ubi scripsi in codice Ambrosiano suprascriptum esse ἀληθῶς, quod tamen utriusque vocabuli potest esse interpretamentum.

Vs. 371. καίτοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτόν.

Quia αἰθρία, innubile coelum, suapte natura pura est, abundat καθαρά in Alciphronis epist. I 10 § 4 (ed. Schepers ap. Teubn.): ἀναμείναντες οὖν ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον καὶ καθαρὰν αἰθρίαν γενέσθαι:. Addidisse tamen ipsum sophistam fidem facit locus. I 1 § 3. Cf. Mus. Rhen. a. 1905; p. 449.

Vss. 377; 388 sq.; 394; 396; 407; 433; 438 sqq.; 528; 542; 559; 603. Hos locos tractavi Mnem. XXX p. 47 sqq. De vs. 377 cf. Herm. XXIV p. 609, et de vs. 528 Append. ad Stud. Crit. p. 81.

Vs. 403 sqq. Mnem. XXIV contuli Thuc. V 71 τὴν πυκνότητα τῆς συγκλήσεως.

Vs. 417. Ex. Crit. IX pro γυμνασίων tentabam συμποσίων, sed vulgatum fortasse recte tuetur vLeeuwen.

Vs. 457. κέντρων, μιαρός, στρόφις, ἀργαλέος,
ματτιολοιχός (sive ματιολοιχός).

Ultima vox, quam nemo intellegit, vix sana videtur, nec magis ferri posse probatam Bentleio Harleiensis 2 lectionem ματτυολοιχός (ut vox macedonica ματτύα iam saeculo V a. C. Athenis innotuerit) propter alienam ab hoc loco notionem recte agnovit vLeeuwen. Expectatur vocabulum, quod ut reliqua omnia rabulam deceat, nec aptius reperio quam μαρτυρολύμης, formatum ut ἰχθυολύμης Pac. 814, testium pernicies, i. e. qui calliditate sua et impudentia omnia contra se prolata testimonia evertit et pessumdat.

Vs. 525. Ex. Crit. IX οὐ τὸν (pro τοῦτον) — μητέρα; coniciens ignorabam idem ante me proposuisse Geelium. Sed vide quid post Kockium obvertat vLeeuwen. — ibidem post Cobetum δαιμόνων <θ'> vs. 579 me suasisse nunc video. — Vs. 614 σεληναῖον, quod recte vLeeuwen recepit e libris nonnullis pro optimorum codicum lectione Σεληναίας, ibidem p. X de mera coniectura commendavi.

Vs. 541 sq. Cf. Mnem. XIX p. 323.

Vs. 594. ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

Sequi non ausim Leeuwenium recipientem Römeri coniecturam ξυστήσεται, quod atticum non sit ξυνοίσεται pro ξυνοίσει (medio saepe utitur Herodotus), id quod in tanto literarum naufragio pro certo dici nequit. Fortiter autem pro vulgata lectione pugnant verba ἐπὶ τὸ βέλτιον eodem modo ab Herodoto composita cum verbo συμφέρειν, dum eadem compositio cum verbo ξυνιστάναι nusquam, quod sciam, reperitur.

Vs. 630. ὅστις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων
ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν.

Si quid mutandum esset, etiam lenius quam εἶτ', quod voluit Blaydes, pro ταῦτ' rescribi posset κᾆτ', quod Aristophanes ut κἄπειτα (εἶτα δ' Ach. 24? Sed cf. Addenda) interdum pro εἶτα (ἔπειτα) infert post participia. Verum haud raro Graeci cum verbis casus obliquos regentibus componunt pronominum accusativos neutros, velut Ach. 7 ταῦθ' ὡς ἐγανώθην, ubi frustra Elmsley tentavit τούτοις. Vide quae supra scripsi ad Eq. 1080.

Vs. 636 sq. et 654. Vid. Mnem. XXX p. 49 sq.

Vs. 694. Streps. ἀτὰρ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;
Socr. οὐδὲν μὰ Δί· ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί — κτἑ.

Erat cum non displiceret mihi Leeuwenii sententia aut corrupta esse verba οὐδὲν μὰ Δί' aut ante ea versum periisse.

Hodie vero, re iterum considerata, dubito an ex antecedentibus mente supplendum sit *οὐδὲν μὰ Δία* (*μανθάνεις τούτων ἃ πάντες ἴσμεν*), ut poeta h. l. Socratem faciat repetentem notissimam suam, neque Aristophani procul dubio ignotam, sententiam: plerosque homines re vera nescire, quae optime scire sibi ipsis videantur. — Si tamen forte quis ita haeret in *οὐδέν*, quia antecedit *ταῦτα*, non *τούτων*, facillima in promptu est correctio *οὐ δὴ μὰ Δία*.

Vs. 712. *καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσιν.*

Locis quibus vLeeuwen haec verba illustrat addatur Herond. Mim. V 8.

Vs. 731. Coniectura Vollgraffio tributa a Leeuwenio *φρούδας* pro *φρουρὰς* a me primo proposita est Ex. Crit. p. X.

Vs. 744. Mnem. XXIV p. 299 sq. suspicabar:

ἀφεὶς ἐπ' ὀλίγον κἆτα τὴν γνώμην πάλιν
κίνησον αὖθις, ταὐτό τε ζυγώθρισον.

Vs. 757 et 773. De sensu ironico verborum Socratis *εὖ γε* et *σοφῶς γε νὴ τὰς Χάριτας* monui l. l.

Vs. 785. *ἀλλ' εὐθὺς ἐπιλήθει σύγ', ἅττ' ἂν καὶ μάθῃς.*

Haerens in verbo a comica dictione aliena Mnem. l. l. p. 49 conieci *ἐπιλανθάνει*. At et lenius et melius corrigo nunc *ἐπιλήσει*, obliturus es, cui correctioni favet etiam aoristus *μάθῃς*, didiceris.

Vs. 838. *ὥσπερ τεθνεῶτος καταλούει μου* (*μου* al. om.) *τὸν βίον·*

Meineke et vLeeuwen receperunt Blaydesii coniecturam *καταλόει*, sed epicam hanc formam in poeta attico haud facile admiserim, cum praesertim nihil impediat quominus corrigamus ex uno codice *ὥσπερ τεθνεῶτός μου καταλούεις τὸν βίον*. Cf.

Mnem. XXIV p. 300 sq., ubi tamen collato Eubuli loco praeferebam *καταλοᾷς μου*, contundis, confringis.

Vs. 874. *πῶς ἂν μάθοι ποθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης*
ἢ κλῆσιν ἢ χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν.

Sanum esse nequit *κλῆσιν*, propterea quod ne stupidissimis quidem et ignorantissimis discendum erat, quomodo in ius vocarent adversarios. Collato vs. 316 conici potest *κροῦσιν*, sed praeferenda est lenior Valckenaerii coniectura; *κήλησιν*, quam pluribus commendavi Stud. Crit. p. 52. Hac recepta, virgula aut semicolo incidendum est post *δίκης*.

Vs. 884. Vid. Mnem. l. l. p. 50.

Vs. 927. *καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες,*
Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων
ἐκ πηριδίου
γνώμας τρώγων Πανδελετείους.

Tametsi cum Leeuwenio obscuriorem hunc locum duco, inde tamen satis apparet cum Telephum Euripideum in illa tragoedia, iudice nostro, repraesentare sophistas, quales ex eius quidem sententia informaret doctrina Socratica, tum vero Pandeletum, quisquis fuerit, fuisse ipsius aetate similis ingenii nebulonem. Fieri potest ut scholiasta, cuius sane notulam per se spectatam non esse testimonium historicum lubens collegae meo concedo, e CRATINI Chironum loco, quem hodie deperditum citat, effecerit *ὅτι συκοφάντης ἦν καὶ φιλόδικος γράφων ψηφίσματα*, sed etiamsi nil tale inde appareret, ex solis poetae nostri verbis satis liquet, qua indole famosus iste homo fuerit, nec video cur veterem interpretem magnopere culpemus scribentem: *δυστυχήσαντά δ' ὕστερον* (Telephum) *πεποίηκεν Εὐριπίδης ἐν δράματι πήραν ἔχοντα καὶ προσαιτοῦντα, ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἄρτους καθαροὺς ἢ ξηροὺς τρώγων. „Πανδελετείους· <λέγων?> γνώμας" εἶπεν*, nisi quod vetusti victus ignorantia *ἄρτους*, lautiores ditiorum dapes, posuit pro polenta cibisque vilioribus. Itaque hac explicatione acquiescen-

dum suspicor. — Quae autem in scholii fine ab alio repetuntur: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ξηροὺς ἄρτους γνώμας καινὰς εἶπεν* non sunt indicio antiquibus in codice aliquo Aristophaneo lectum fuisse *καινάς*, sed procul dubio grammaticus voluit *κενάς*, quod de suo addidit propter antecedens *ξηροὺς* (*ἄρτους*). — Telephus Euripideus agebat oratorem, de quo nemo miraretur, si poeta scripsisset *τρώγειν παρέχων* auditoribus suis sententias, quoniam et nobis et antiquis familiarissimae sunt a cibis ad orationem tralatae imagines, velut *ἑστιᾶν λόγοις* similesque, sed obscurior mihi quidem est ratio metaphorae in tradita (nec corrupta, ut videtur) lectione *τρώγων*, quae vix praemanducans (nos voorkauwend) potest significare. Utrum poeta se satians an aliud intellexerit ignoro. Quaerant alii.

Vs. 955. De verbo *ἀνεῖται* cf. Herm. XXIV p. 609.

Vs. 964. *πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδέν' ἀκοῦσαι,*
εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως εἰς κιθαριστάς.

Verissime nuper O. Schneider correxit *γρύζοντος*, sed non video causam idoneam, cur cum eodem transponatur *ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εἶτα βαδίζειν.*

Vs. 969 sq. Digna quae legantur de Suidae loco s. v. *χιάζειν* scripsit Wilamowitz Moellendorf in Hermae vol. a. 1902, p. 305.

Vs. 974. *ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειεν ἀπηνές.*

Cur nihil mihi probetur eorum quae proposita sunt pro corrupta voce *ἀπηνές* satis iam exposui Mnem. l. l. p. 50, nihil tum ipse tentans. Hodie suspicor *μηδὲν* — *ἀηθές*, nihil insoliti, scil. quod prae pudore abscondi soleat.

Vs. 985. Lege *κατανείφοι*. Vid. ad Ach. 138.

Vs. 998 sq. Vid. Mnem. l. l. p. 40.

Vs. 1040. Cf. Mnem. XIX p. 393 sq.

Vs. 1078. ἐμοὶ δ' ὁμιλῶν
χρῶ τῇ φύσει, σκίρτα, γέλα, νόμιζε μηδὲν αἰσχρόν·
μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν,
ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· κτέ.

Imo vero: τάδ' ἀντερεῖς πρὸ σαυτοῦ, ad tuam defensionem, manifesto enim πρὸς αὐτόν non licet interpretari πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς μοιχευτρίας, non significatum in antecedentibus.

Vs. 1133. δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι. Cf. var. lect. in Alciphronis Epist. IV 13, I (= II 1) ed. Schepers. Vide me Mus. Rhen. a. 1905, p. 458.

Vs. 1141. δικάσεσθαι exhibet etiam Ambrosianus meus. Cf. Append. ad Stud. Crit. p. 31.

Vs. 1149 sq.:

καί μοι τὸν υἱόν, εἰ μεμάθηκε τὸν λόγον
ἐκεῖνον, εἴφ', ὃν ἀρτίως εἰσήγαγες.

Neglexit vLeeuwen commemorare, me Stud. Crit. p. 53 (ubi ipse proposui εἰσηγάγου) e codice Ambrosiano, quem olim Mediolani contuli, citasse lectionem εἰσήγαγον, quam ut suam coniecturam ipse protulit. Ego illud malebam, quod, si prima persona legatur, minus recte absit pronomen σοι.

Vs. 1225. Mnem. XXIV p. 301 malebam κατακεκόψονται pro ἀποκεκόψονται.

Vs. 1272. ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον, νὴ τοὺς θεούς.

Dissentior a Leeuwenio carpente editores, qui scholiastae obsecuti verbum ἐκπίπτειν hic interpretantur bonis excidere.

Quos verum vidisse tantum non clamare puto vs. 1269, ubi Amynias summam sibi debitam reddi iubet:

ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι.

Non enim casus ab equo aut e curru causa esse potuit cur potissimum pretium sibi redderet Phidippides, sed potuit *ἡ οἰκοφθορία* hominis, quae praesentem pecuniam postularet. Strepsiades vero eum irridens idem verbum accipit sensu proprio, in qua amphibolia me iudice omnis est huius loci facetia, qua Leeuwenii caret explicatio. — De vs. 1275 corrigendo idem melius iudicavit quam ego Mnem. XXIV p. 301.

Vs. 1292. Streps. *κᾆτα πῶς*
αὕτη μὲν (ἡ θάλαττα), ὦ κακόδαιμον, οὐδὲν γίγνεται
ἐπιρρεόντων τῶν ποταμῶν πλείων —;

Multis etiam post Aristophanem saeculis haec quaestio, physicis hodiernis haud obscura, veterum philosophorum animos occupasse videtur. Cf. Claudianus in Ruf. I 184:

Ac velut innumeros omnes accedere Nereus
Nescit et undantem quamvis hinc hauriat Istrum,
Hinc bibit aestivum septenum gurgite Nilum cett.

Vs. 1296. Cod. Ambr. *ἀποδιώξεισ αὐτὸν*, i. e. *ἀποδιώξει σαυτὸν*, ut bene correxit Elmsley. Reliqui libri corruptius *ἀποδιώξεις σαυτὸν*. Cf. Append. p. 81. Vid. etiam Mnem. XXIV p. 30 sq., ubi partim cum Bentleio malebam *οὐκ ἀπολιβάξεις αὐτίκ᾽* (*αὐτόθ᾽* Bentl.), conferens tamen ad tuendum *ἀποδιώξει* locum nonnihil dissimilem Vesp. 196. Hodie Elmsleiana correctione acquiesco.

Vs. 1307. *κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐ τήμερον*
λήψεταί τι πρᾶγμ᾽, ὃ τοῦτον
ποιήσει τὸν σοφιστὴν ⏑ —
⏑ ὧν πανουργεῖν ἤρξατ᾽ ἐξ-
αίφνης τι κακὸν λαβεῖν.

Ultimum versiculum curat facillima Hermanni transpositio *κακὸν λαβεῖν τι*, nec possum facere cum Leeuwenio haec verba gravi laborare corruptela existimante. Contra cum aliis depravatum puto, quod is sanum ducit, *λήψεται* etiam propterea quod a nostri elegantia alienum puto *λήψεται — ὃ τοῦτον ποιήσει τὸν σοφιστὴν* pro *λήψεται οὗτος ὁ σοφιστὴς ὃ ποιήσει αὐτὸν κτἑ.*

Erat cum memor noti usus verbi *ῥηγνύναι* (*ῥήγνυσθαι*) de malo subito irruente ceu procella (de qua proprie usurpatur) putarem corrigi posse *ῥήξεται*, sed mox ita *ῥήξει* aut *ῥαγήσεται* requiri ratus hanc suspicionem repudiavi. Non minus vero aptum est *ἕψεται*, ita tamen ut metri causa transponatur. Lacunam autem usus lectione codicis *Δ ἀνθ᾽ ὧν* expleverim scribendo *ἔτ᾽ ἀνθ᾽ ὅσων*. Scribendum igitur suspicor:

κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως *οὐχ ἕψεται*
τήμερόν τι πρᾶγμ᾽, ὃ τοῦτον
ποιήσει τὸν σοφιστὴν <*ἔτ᾽ ἀνθ᾽*
ὅσων> *πανουργεῖν· ἤρξατ᾽ ἐξ-*
αίφνης *κακὸν λαβεῖν τι.*

Aliter huic loco subvenire conatus sum Mnem. XXIV p. 302.

Vs. 1310. Cf. Mnem. XIX p. 394.

Vs. 1338. Streps. *ἐδιδαξάμην μέντοι σε, νὴ Δί᾽, ὦ* *μέλε*,
τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταυταγὶ
μέλλεις μ᾽ ἀναπείσειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν
τὸν πατέρα τύπτεσθ᾽ ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων.

Non satis recte haec dicta sunt, quia, etiamsi filius hoc patri persuadere conaturus non esset, tamen Strepsiades eum Socrati docendum tradiderat. Deest igitur notio necessaria, unde appareat Phidippidem ex ea disciplina profecisse. Nimirum cum acerba ironia pater dicere existimandus est:

— νὴ Δί᾽, ὦ *μέλ᾽, εὖ κτἑ.*

Bene sanequam, mi bone, docendum te curavi iustis obloqui, si etc. Verbo iam hoc proposui in Studiis Thucydideis, sed hucusque nemo audivit.

Vs. 1352. Vid. Mnem. l. l. p. 51.

Vs. 1390. *αὑτοῦ 'ποίησα κακκᾶν.*

Hodieque, ut olim Stud. Thuc., necessarium arbitror *κάκκην*, quod labem suscepit e vs. 1384. Substantivum legitur Pac. 162. Cf. etiam Herm. XXIV p. 609.

Vs. 1407. Mnem. XIX p. 394 conieci *ἵππων τρέφειν <ἀγέλην τιν'>*, deleto *τέθριππον*, coll. var. lect. in Blaydesii editione, unde *τέθριππον* incertum esse apparet.

Vs. 1427. *σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρύονας καὶ πάντα τὰ βοτὰ ταυτα·*

Admissa Beckiana correctione metrica *ἀλέκτορας*, etiam hoc lucramur, quod ita Phidippides etiam hac in re observat Socratis doctrinam (cf. vss. 666 et 851), contra vero Strepsiades, quem eius iam poenitebat, vs. 1430 usurpat vulgatiorem formam *ἀλεκτρύων*.

Vs. 1481. *καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν*
διωκάθω γραψάμενος, εἴθ' ὅ τι σοι δοκεῖ.

Quia *διωκάθω* pro *διώκω* non magis graecum est quam sunt *εἰκάθω*, *εἰργάθω*, *ἀμυνάθω*, *σχέθω*, sed aoristi coniunctivus est ut illa, dubium non puto quin corrigendum sit:

ἤν τ' αὐτοὺς γραφὴν
διωκάθω γραψάμενος ἤν θ' ὅτι σοι δοκεῖ.

Eodem errore apud nostrum Eq. 698 et 700 olim vulgabatur *εἰ* c. coni. pro *ἤν*.

AD VESPAS.

Ad Blaydesii et Leeuwenii huius fabulae editiones multa adnotavi a. 1895 in Mnemosynes vol. XXI p. 441--454. Post utramque a. 1897 eam eximia editione donavit vir singularis dictionis comicae peritiae nec spernendus divinandi artifex W. J. STARKIE, Londinii apud Macmillanium, cuius recensionis nunc imprimis habenda est ratio.

Non unum (ut Leeuwenio visum est) sed plures choro interfuisse pueros docent vss. 298, 316, 408; fuisse duos probat vs. 307 et 316, scil. unum utrique hemichorio, ut bene intellexit Clarkie.

Vs. 10. Vid. Mnem. l. l. p. 441.

Vs. 41. ἡμῖν pro ἡμῶν correxi Herm. XXIV p. 609.

Vs. 64. ἡ μ ῶ ν μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον.

Rectissime sic vLeeuwen ex Hamakeri coniectura edidit pro ὑμῶν, quod perperam tuetur Starkie non sentiens ita pessime abundare αὐτῶν. Pluribus hanc emendationem, quam tunc primum me proferre putabam, illustravi Stud. Crit. p. 58.

Vs. 68. Cur μέλας pro μέγας coniciam, exposui Mnem. X p. 85 sq.

Vs. 73. Σωσικλέης pro Σωσίας proposui Herm. XXIV p. 609 sq.

Vs. 95. Lectionem ψῆφόν γ' ἔχειν tuetur Starkie. Hoc video verbum simplex (tenere) aptius esse quam κατέχειν (cohibere), quam Hirschigii coniecturam recepit vLeeuwen, aut φέρειν, quod voluit Hermann, nec valde arridet Dobraei suspicio τῶν ψήφων. Prorsus autem facio cum eodem Leeuwenio plurimis exemplis tuenti εἰσέρχεται, domum venit, vs. 107 a criticorum coniecturis.

Vs. 105. ὥσπερ λέπας προσισχόμενος τ ῷ κ ί ο ν ι.
Stud. Crit. l. l. malebam τ ῳ κ ί ο ν ι, quod non sit probabile aedificium tot iudicum capax unica columna fultum fuisse. Iusto audacius τῇ κιγκλίδι coniecit Blaydes.

Vss. 135; 147 sq.; 161; 179 sq., 193 sq. Hos versus tractavi Mnem. l. l. p. 441 sq. — Ultimo loco Starkie perperam de suo edidit:

καὶ τῇ δοκῷ προσθεὶς τὸν ὅλμον τὸν μέγαν
ἀ ν ύ σ α ν τ ε π ρ ο σ κ υ λ ί ν δ ε τ'

pro traditis ἀνύσας τι προσκύλιέ γ'.
Ab omni enim probabilitate abhorret, ut taceam de artificiosa eius dualis explicatione, exquisitam formulam atticam et aristophaneam ἀνύσας τι corruptela natam esse et pro singulari pugnat antecedens ἔμβαλλε, cuius tempus dissuadet ne cum Cobeto et Leeuwenio corrigamus προσκυλῖσον. Punctum temporis non dubito quin l. l. bene emendaverim:

ἀνύσας τι προσκύλινδ' ἔτ' (praeterea)

posteaquam Blaydes, male retinens formam hellenisticam, edidit π ρ ο σ κ ύ λ ι' ἔ τ.

Vss. 213; 265; 291 sq. Vid. Mnem. l. l. p. 443 sq. — Vs. 265, de quo ibidem disputavi, recte tuetur Clarkie. Comparetur etiam Pac. 180.

Vs. 235. ἀτταταῖ pro ἀππαπαῖ corrigebam Mnem. XIV p. 63.

Vs. 297. Coryph. ο ὐ κ ἂν
μὰ Δί' (sc. ἰσχάδας πριαίμην ὑμῖν), εἰ κρέμαισθέ γ', ὑμῖν.
Malim: ο ὐ δ' ἂ ν — εἰ.

Vs. 306. ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ
πόρον Ἕλλας ἱ ε ρ ό ν.

Recepit vLeeuwen Hermanni couiecturam ἱ ρ ὸ ν ε ἰ π ε ῖ ν. Probabilius, ni fallor, Blaydes rescripsit ἱ ρ ὸ ν ε ὑ ρ ε ῖ ν. Nam post

ἱερόν et facilius elabi potuit similius *εὑρεῖν* et pro hac coniectura facit frequens huius verbi copulatio cum substantivo *πόρος*.

Vs. 319. *ἀλλ' οὐ γὰρ οἷός τ' εἴμ'*
ᾄδειν, τί ποήσω;

Starkio nescio an iure displiceat tam Blaydesii coniectura *οἷός τ' ἐκβαίνειν* propter omissum *εἰμί* quam Leeuweniana *οἷόν τ' ἐξάπτειν*, verbum h. l. minus aptum quam vs. 120. Mihi quidem utroque probabilius videtur:

ἀλλ' οὐ γὰρ οἷός τ' εἴμ'
ἐκθεῖν, τί ποήσω;

coll. Eq. 181 et Lysist. 1157.

Vs. 338. Vid. Mnem. l. l. p. 444.

Vs. 341. Miro consensu in multis (etiam Starkiana) editione propagatur typorum vitium *ἐσθ'· ἐγώ*.

Vs. 343. Alienissimis exemplis Starkie tuetur *Δημολογοκλέων*, comice detortum (ut ipsi videtur) pro *Βδελυκλέων*, sed recte idem explicat sequentia immerito sollicitata a Leeuwenio.

Vs. 352. Sanum esse non posse hunc versum animadverti l. l., citans Valckenaerii coniecturam *οὐδέν* pro *οὐ δ' εἰ*.

Nunc felicius Starkie:

πάντα πέφαρκται κοὐκ ἔστιν ὀπῄ γ' (pro *ὀπῆς*) *οὐδ'*
εἰ σέρφῳ διαδῦναι.

Καί — γε, atque adeo.

Vs. 357. Licet nemini videar persuasisse, Herm. XXIV p. 613 sollicitans verbum *κλέπτειν*, hodieque expecto verbum quod rem denotet, in qua iuventute opus sit et viribus ac velocitate, quod utrum *πηδᾶν* (cf. 355) fuerit an aliud ignoro.

Vss. 367; 398; 425; 431; 436; 446; 448; 477. Cf. Mnem. l. l. p. 444 sq.

Vs. 488. ὡς ἅπανθ' ἡμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται.
Expectatur potius ὑμῖν, sed ἡμῖν defendi potest.

Vs. 503. ταῦτα γὰρ τούτοις ἀκούειν ἡδέ', εἰ καὶ νῦν ἐγὼ
τὸν πατέρ' ὅτι βούλομαι — ζῆν βίον γενναῖον —
αἰτίαν ἔχω — φρονεῖν τυραννικά.

Corrupta esse verba ταῦτα — ἡδέ', εἰ primus vidit vLeeuwen, probabiliter corrigens νὴ Δί', εἰ, reliqua autem sic tentans: ταὐτὰ γὰρ σὺ ἐμοί γ' ἀκούεις. Malim equidem:

ταῦτα (vel ταὐτὰ) πανταχοῦ 'στ' ἀκούειν, νὴ Δί', εἰ καὶ νῦν <γ'> ἐγὼ κτέ.

inserto γ' cum Meinekio.

In Clarkii coniectura, quam textui intulit:

ταὐτὰ τἄρ' αὐτοῖς ἀκούω νὴ Δί', εἰ κτέ·

apto sensu caret αὐτοῖς, et melius certe codices secutus scripsisset ταὐτὰ γὰρ τούτοις, eadem atque haec quae dixisti, idque fortasse amplecterer, nisi minus apti nescio quid habere mihi videretur ταὐτὰ ἀκούω, εἰ καὶ νῦν ἐγὼ — αἰτίαν ἔχω κτέ. — Nihilominus diligenter videndum, an non sit haec ipsa vero lectio.

Vs. 524. Iniuria sollicitavi Herm. XXIV p. 210. — Vs. 530 non magis intellego quam vLeeuwen. Herm. l. l. tentabam: ἀτὰρ φέρ' εἴφ', οἷός τις (scil. φανήσεται)· ἢ τί ταῦτα παρακελεύει; Ibi in paginae calce G. K(aibel) adnotat „vid. Kirchhoffius quae dixit Herm. XIII 297."

Vs. 532. ὁρᾷς γὰρ ὡς
σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν νῦν
καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗτός σ' ἐθέλοι κρατῆσαι.

Acutissime Starkie: σ' ἕθ' ἕλοι κρατήσας. Num tamen ἔτι sit huius loci dubitans malim σέ γ' ἕλοι.

Vss. 563; 600; 611. Vid. Mnem. l. l. 447 sqq.

Vs. 570. Cf. Mnem. X p. 86, et p. 91 ad vs. 559.

Vss. 571 sqq. hodie sic tento:

ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με τρέμων „τῆς εὐθύνης <μ'> ἀπολῦσαι,
„εἰ μὲν χαίρεις ἀρνείοισιν, παιδὸς φωνὴν ἐλεήσας
„εἰ δ' αὖ τοῖς χοιρείοις χαίρεις, θυγατρὸς φωνῇ σὺ πιθέσθαι."

Mnem. l. l. iam scribebam *μ' ἀπολῦσαι*, addito pronomine cum Leeuwenio, sed retinens infinitivum (pro imperativo) *ἀπολῦσαι*, quod ille mutavit in *ἀπόλυσον*, cum eodem vero *ἐλεήσας* pro *ἐλεήσαις*, deinde de meo *χαίρεις* pro *χαίρω* et *σὺ πιθέσθαι* pro *με πιθεσθαι*, quae non habent, unde pendeant. Nam propter formulam *εἰ μὲν* — *εἰ δὲ* ex antecedentibus non potest repeti verbum *ἀντιβολεῖ.* Iam vero ratio reddenda mihi est, cur *ἀρνείοισιν* et *χοιρείοισιν* substituenda suspicer pro vulgatis *ἀρνὸς φωνῇ* et *χοιριδίοις*. Nimirum *φωνῇ* male repetitum esse e sequenti *φωνήν* ante me intellexit Clarkie, qui acute substituit *θοίνῃ*, minus tamen probabiliter, quoniam ea vox neque Aristophanea est nec sermonis quotidiani. Sed optime assecutus est loci sententiam, quae haec esse debet: Si gaudes arietinis (carnibus), pueri vocem miseratus, sin porcinis gaudes, filiae voci tu obtempera. Quare suspicor veterem lacunam *ἀρν*...... inepte expletam esse *ἀρνὸς φωνῇ*, et pro *χοιριδίοις* (sic V) genuinam lectionem *χοιρείοις* recte servasse codicem Ravennatem, in quo legitur, quod eodem redit, *χοιρίοις*.

Vss. 600; 611; 617; 637; 668; 670. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 603. Bdel. *ἔμπλησο λέγων· πάντως γάρ τοι παύσει πότε κἀναφανήσει*
πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμνου.

Non sufficit, quod Herm. l. l. suadebam, verba *κἀναφανήσει* — *περιγιγνόμενος* ponere in parenthesi, ut iungi posset *παύσει* —

τῆς ἀρχῆς. Ita enim mendosum restat κἀναφανήσει. Hodie non dubito quin locus sic sit lenissime refingendus:

πάντως γάρ τοι παύσει ποτέ, κεἰ 'ναφανήσει

πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος, τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμνου,

i. e. utique enim, etiamsi apparebit te podicem esse balneum superantem (adeo spurcum ut lavari nequeat), sublime illud imperium aliquando amittes. Prorsus ut hodie mundiore imagine utentes de homine, quem frustra convincere aut mutare conamur, dicimus: „den moriaan wasschen". Bdelycleon sic loquens patri dicit „etiamsi non tibi persuadebo".

Vs. 635. κακῶς (pro καλῶς) γὰρ ᾔδειν, quod conieci Stud. Crit. p. 57, etiam hodie necessarium esse arbitror.

Vs. 647. Supplementum meum μάλ' ἐστι τῷ (Herm. i. l. p. 611) recepit Starkie.

Vs. 663. Veneti lectio ὑμῖν unice vera mihi videtur. Cf. Mnem. X p. 86. Ibidem vide de forma λαγαριζόμενον vs. 672.

Vs. 673. Recte haeret vLeeuwen. Non male amicus meus et successor Traiectinus I. C. Vollgraff coniecit ὡς ἥσθηνταί σ' ὡς τὸν (pro τὸν μὲν) σύρφακα τὸν ἄλλον, unde optima nascitur sententia. Ipse Mnem. XXIV p. 673 eodem sensu deleto μὲν conieci ὥς <σ'> ἥσθηνται <καὶ> τὸν σύρφακα τὸν ἄλλον.

Vs. 681. Herm. l. l. p. 611 dubitabundus suadebam <μ'> ἀποκναίεις.

Vs. 771. De sensu vocis μεσημβρινός consulatur Willems: Notes supplementaires sur les Guèpes etc. p. 20 sqq. — De vs. 773 sq. cf. etiam Mnem. XXIV p. 296. Item de vs. 792.

Vss. 805; 847; 857; 908 sq. Vide Mnem. l. l.

Vs. 908. Ut Herm. l. l., hodieque requiro κᾆτα ῥοφῶ, aut κᾆτ' ἐκροφῶ pro κἀγὼ ῥοφῶ, quia in vulgata abundat καί.

Vs. 1028. ἀρθεὶς δὲ μέγας καὶ τιμηθεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν
οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθεὶς οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα.

Mnem. l. l. p. 451, ubi suspicabar ὀγκώσας, non egi de verbis οὐκ ἐκτελέσαι, quae scholiasta explicat οὐκ ἐπὶ τέλος ἔδοξεν αὐτῷ (imo αὐτῷ) ἐλθεῖν οὔτε τῆς ποιήσεως οὔτε τῶν ἐπαίνων. Starkie ἐκτελέσαι mendosum esse Blaydesio concedens de suo substituit οὐδὲ κομῆσαι, verbum quidem aptissimum, sed male se habet οὐδὲ (ne — quidem), pro quo melius dedisset οὐχί. Ita vero ea coniectura lenitate non superat Palmerianam οὐ τρυφῆσαι, quae non minus apta est. At non satis mihi constat ferri non posse vulgatam, quam melius mihi videtur explicasse vetus interpres quam vLeeuwen, qui putat ἐκτελέσαι ἐπαρθείς significare τελέως ἐπαρθῆναι, qualis sententia poetam, qui nequaquam se ἐπαρθῆναι dicere debebat, parum deceret. Nempe ἐκτελέσαι absolute positum crediderim prorsus eodem modo quo Latini passim usurpant verbum absolvere, rem aut propositum simileve quid mente supplentes. Quod si ita est, necessariam puto correctionem meam lenissimam ὀγκώσας pro ὀγκῶσαι.

Vs. 1035. Vid. Mnem. l. l. p. 451.

Vs. 1062. καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι.

Vereor ne iniuria a criticis spernatnr Madvigii coniectura κού, subesse h. l. rati aliquid ebscoeni, quod a poetae nostri ingenio minus quam velles alienum est.

Vs. 1109. οἳ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις
ξυμβεβυσμένοι πυκνὸν κτέ.

Haec verba arte iungenda esse et τειχία significare dicasterii parietes, non urbis moenia, nec de quarto aliquo dicasterio cogitandum esse, ut vulgo fit, recte demonstrat Willems l. l. p. 21 sqq., sed non sensit ita ferri non posse οἳ δέ, quod post

οἳ μὲν — οἳ δε nihil aliud significare potest quam alii vero. Subvenit Starkii acumen aeque leniter atque apte emendantis ὧδε, quae vocula saepius a nostro similiter histrionis gestu adiuta δεικτικῶς usurpatur.

Vs. 1132. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 1156. Vid. me Herm. l. l. (a. 1889) p. 611 et cf. vLeeuwen, qui anno quarto post ut suam emendationem, nisi forte iam alibi eandem proposuit, meam in textum suum (a. 1893) recepit, scribens „quod dedi posuit etiam vHerwerden".

Vs. 1161. Cf. Mnem. X p. 87.

Vs. 1162. ἀδικεῖς γέ με
εἰς τὴν πολεμίαν ἀποβιβάζων τὸν πόδα.

Si quid mutandum sit, melius, ni fallor, rescripseris γέ μοι (aut μου) quam cum Starkio δέ γε, sed sana videtur vulgata, sive vertendum est: Sane iniuriam mihi facis in terram hostilem pedem (meum) imponens, sive (quod tamen minus credo) comparanda est nota formula βαίνειν τὸν πόδα. Cf. Eccl. 161 οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα τὸν ἕτερον, ubi locos similes quam plurimos congessit Blaydesii industria.

Vs. 1188. Herm. l. l. post πώποτε inserui signum interrogandi. Recepit vLeeuwen.

Vs. 1279 et 1286. Cf. Mnem. l. l.

Vs. 1284. τότε διηλλάγην pro καταδιηλλάγην proposui Herm. l. l. 611 sq.

Vs. 1291. Scholium ad h. vs. correxi l. l.

Vs. 1297. ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρίᾳ.

Quia baculo caedi solet, non pungi, fieri potest ut poeta

comica exaggeratione scripserit σχιζόμενος, quasi stipes sit servulus.

Vs. 1307. Cf. Append. ad Stud. Crit. p. 22.

Vs. 1316. ὁ γέρων δὲ τὸν Θεόφραστον ἤρετ'· εἰπέ μοι,
ἐπὶ τῷ κομᾷς καὶ κομψὸς εἶναι προσποιεῖ,
κωμῳδολοιχῶν περὶ τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί.

Vix et ne vix quidem haec verba significare possunt quae videntur Leeuwenio, cuius artificiosa interpretatio minime expedit, quo pacto h. l. agi possit de comoedis. Iam olim (Stud. Thuc.) locum corruptum videri monui, sed infeliciter suadebam κωθωνολοιχῶν. Procul dubio, hoc enim arguunt sequentia verba, antiquitus hic lecta est vox aliqua κολακεύων significans. Iam reputanti etiam plebeculam nostram eo sensu usurpare verbum gatlikken i. e. lingere podicem alicui, non improbabile fortasse videbitur Aristophanem dedisse κοχωνολοιχῶν. De vocis κοχώνη (Eq. 422 et 482) significatione vid. Thesauri vol. IV s. v. — Quia vero λείχειν περί τινα pro περιλείχειν τινά habet quod displiceat, erit fortasse qui praetulerit:

κοχωνοπεριλοιχῶν τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί.

Vox formata ut ἀσπιδαποβλής aliaque.

At nescio an ea quidem mutatione opus non sit, propterea quod κοχωνολοιχῶν idem valet ac κοχωνολοιχὸς ὤν, qualis notio recte cum praep. περὶ iungi potest.

Vs. 1345. ὁρᾷς ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην.;

Licet nihil mutem, praetulerim hunc verborum ordinem:

ὡς δεξιῶς, ὁρᾷς; ἐγώ σ' ὑφειλόμην.

Vs. 1364. ὦ οὗτος οὗτος τυφεδανὲ καὶ χοιρόθλιψ
ποθεῖς ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡραίου — σοροῦ.

Iam Stud. Thuc. a. 1869 (cf. Mnem. XXIV p. 297) conieci ante Kockium Verisim. p. 203 (cui tribui solet) ποῖ θεῖς; ἐρᾶν γ' ἔοικας κτἑ.

Venetus liber habet *ποθεῖς*, Rav. *ποθεῖν*. Huic lenissimae correctioni fortasse obverti potest ex vs. 1361 *ἀλλ' ὡς τάχιστα στῆθι* apparere Philocleonem iam non currere. Quare fortasse praeferenda est Starkii correctio minus lenis *νοσεῖς ἐρᾶν τ'*, verum ita ambigo, utrum sic scribendum sit an potius ope libri Ravennatis: *νοσεῖν ἐρᾶν τ'*.

Vs. 1373. Bdel. *δᾳς ἥδε;*
Phil. *δᾳς δῆτ'. οὐχ ὁρᾷς ἐστιγμένην.*

Adnotat Starkie. „*ἐσχισμένην* Meineke, *ἐσφεγμένην* Usener Rh. Mus. XXV p. 582." Idem quod Usener ego proposui in Appendice ad Stud. Crit. in poet. scen. gr., p. 7, quae prodierunt a. 1872, haec disputans: „Acute Meinekius coniecit „*ἐσχισμένην*, quod aequo iure de muliercula ista ac de taeda „e segmentis lignorum fissorum composita dici potue„rit. — Attamen valde dubito, num propterea ipsa taeda „recte fissa dicatur. Valde sumus propensi, idque non sine „causa, ut semper obscoeni aliquid latere suspicemur sub „verbis poetae nostri quae non intellegamus. Hoc tamen loco „nescio an honestius iocatus sit. Suspicor enim, una mutata „literula, reponendum esse *ἐσφιγμένην*. Quippe verbum *σφίγγειν* „tam de scirpo usurpatur circumvoluto facibus ex „eo genere quae *δεταί* dicebantur (cf. vs. 1361) quam de omni „vinculorum genere, quo vestimenta, crines, calcea„menta constringuntur, itaque *ἐσφιγμένη* tam muliercula „quam fax per iocum dici potuisse videtur. Locos suppeditabit „Passovius in lexico.

„Deinde demum Bdelycleo, sublata tibicinae tunicula, „quaerit:

„*τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστιν αὐτῆς τοὺν μέσῳ;*"

Vs. 1430 sqq. Cf. Mnem. l. l. p. 453.

Vs. 1339. *εἰ νὴ τὴν κόρην*
τὴν μαρτυρίαν ταύτην ἐάσας ἐν τάχει
ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες πλείονα.

Sic attice haec verba tradidere codices, editores vertunt dorice, non reputantes verba νοῦν ἂν εἶχες πλείονα, quae non mutant, attica esse, non dorica. Quare aut nihil mutandum est aut pro illis scribendum νῶν γα κ' ἦχες πλήονα. Cf. Herm. l. l. p. 612. — Recte Starkie post me (l. l.) Leeuwenii improbat coniecturam λῴονα. Nunc addo ex ipso Aristophane demonstrari posse sanam esse vulgatam; hoc enim arguit Eccl. 742 νοῦν ὀλίγον κεκτημένος.

Vs. 1453. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 1480. καὶ τοὺς τραγῳδούς φησιν ἀποδείξειν κρόνους
τοὺς νῦν διορχησάμενος ὀλίγον ὕστερον.

Optime haec conveniunt cum vss. 1498 sq.

εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς,
ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθάδ' εἰσίτω.

Quare prorsus me latet (ipse enim non dicit), quid Leeuwenium moverit, ut aut διορχησόμενος corruptum putaret aut totum vs. 1481 esse spurium.

Vs. 1536. τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

Notabile est voculam epicam et tragicam πάρος, a quo oratio pedestris prorsus abstinuit et hic et Eq. 1337, ubi non magis est parodiae aut paratragoediae suspicio, ab Aristophane (ceteri comici non adhibent) asurpatam esse. Bene de altero versu meritus est Willems l. l. p. 31 sq., ubi liquido demonstravit unice veram esse Ravennatis libri lectionem spretam ab omnibus (etiam a Starkio) ὀρχούμενος: solere enim chorum exeuntem ex orchestra saltare, hic vero (ut postea in Lysistrata) chorum senili imbecillitate et (magis etiam) longo aculeo pendente ex ano impediri quominus saltet, itaque inversis partibus canere tantummodo, dum protagonista cum reliquis tribus histrionibus saltet. Sed legantur haec apud ipsum. Nihil me iudice certius esse potest, et permirum est rem adeo claram hucusque fefellisse criticos, quod sciam, omnes.

AD PACEM.

Post me (Lugd. Bat. ap AWSythofflum 1897) hanc fabulam edidit elegantis ingenii vir P. MAZON (Parisiis ap. Hachettium 1904). Ad cuius recensionem nuper mihi donatam ab auctore nonnulla gratus notabo. Adscribam locos, ubi ante editionem meam sive recte sive secus egi de singulis.

Vs. 1. *Αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ.*

Non illepidam rationem excogitavit Mazon, qua a Kiehlii, quae multis et aliis et mihi placuerat, coniectura *ὡς τάχος τῷ κανθάρῳ* librorum lectionem defenderet. Nempe maiore litera initiali, ut sit nomen proprium, dedit *Κανθάρῳ*, gallice vertens pour monsieur Scarabée. Si re vera est nomen proprium, equidem potius crediderim alludi ad notum heroem atticum Cantharum, cui pie scilicet offas (quales vero!) offerendas dicat verniliter iocans servus prior.

Vs. 2. *Ἰδοὺ δὸς αὐτῷ, τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ*

Tacite mecum post *αὐτῷ* distinxit novus editor. Cf. Mnem. XXIV p. 266. — De vs. 8 cf. l. l.

Vs. 15. *Αἰβοῖ· φέρ' ἄλλην, χἀτέραν μοι χἀτέραν*
καὶ τρῖβ' ἑτέρας. Β. μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ μὲν οὔ.

Sic invito metro codices. Perperam ex Aldina Mazon recepit *ἑτέρας γε*, quandoquidem hic formulae *καὶ — γε*, atque adeo, manifesto locus non est, idque spreta evidenti Dindorfii, quam recepi, emendatione <*ἔθ'*> *ἑτέρας*.

Vs. 47. „δοκέω μὲν εἰς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται,
ὡς κεῖνος ἀναιδέως (τὴν del. Elmsley] σπατίλην
ἐσθίει.

Coniecturae ἐν Ἅιδεω, quam ipse ante me propositam a Leeuwenio (cf. quae scripsi Herm. l. l. p. 612, ubi paullo aliter versum refingebam) textui intuli, mox me poenituit. Subiectum verbi ἐσθίει non Cleon est, sed scarabaeus, hic vero (quod cogitare videtur Mazon) indicari non potuit pronomine κεῖνος, pro quo οὗτος requireretur, sed procul dubio κεῖνος est Cleon. Unde sequitur voculam ὡς non esse, ut vulgo creditur, coniunctio, sed adverbium comparativum, ideoque distinguendum:

αἰνίσσεται·
ὡς κεῖνος, — σπατίλην ἐσθίει.

i. e. ut Cleon (vivus faciebat), stercus vorat (scarabaeus). Ne forte quis putet ita addendum fuisse voculam γάρ, moneo saepe Graecos, ubi causa commemoratur per se manifesta, in sententia explicativa omittere eam particulam, velut noster facit in hac ipsa fabula vs. 263:

οὐκ ἔστιν ἡμῖν· ἐχθὲς εἰσῳκισάμεθα

et Thesmoph. 610:

στραγγουριῶ γάρ· ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.

Quorum locorum neuter effugit nimis sedulas criticorum manus. Similiter et ipsi hodie loquimur. Valde vero suspectum est et propter sententiam (quis enim quaeso αἰδημόνως huiusmodi quid facere possit?) et propter vitiosum anapaestum (ut recte se habeat rarior apud nostrum synizesis) adverbium ἀναιδέως, nec fere dubito quin iam olim Elmsley vere reposuerit ἡδέως, libenter. — Σκατοφάγος (impuratus), ut quondam Cleon fuit, erat scarabaeus.

Vs. 53 sq. Cf. Mnem. XXIV p. 267.

Vs. 61. Cf. l. l. Retractavi sententiam Mnem. XXV p. 206.

Vs. 64. Sine causa idonea haesi l. l. in articulo Herm. l. l. et in editione mea, item vs. 220. Ne recte quidem haberet ὅδε,

pro quo requireretur οὗτος. Idem error me tenebat vs. 1079 pro τουτάκις (quod etiam post Mazonis adnotationem mihi obscurum est) tentantem τοῦ δ' ἄχρις, ubi melius certe proposuissem τοῦ (epice = τούτου) ἄχρις.

Vs. 67. ἔφασκε γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐνθαδί.

Adnotat editor „Il frappe le sol du pied: cette terre qui est pourtant assez eloignée du ciel".

Quanto probabilior hac artificiosa, longe quaesita, inepta interpretatione est lenis Lentingii, quam cum Meinekio admittere non dubitavi, emendatio ἂν ταδί!

Vs. 116. ὡς σὺ μετ' ὀρνίθων προλιπὼν ἐμέ.

Vix comparatum a Mazone Homericum ἅμα πνοιῇσι πετέσθην (adde Av. 1397) hanc lectionem hodieque, ut olim, valde mihi suspectam tuetur. Facile intellegeretur quod in editione mea proposui κατ' ὄρνιθας, avium more. — Longius distat quod suadebam Herm. l. l. p. 613 μετεωροπορῶν, haud ita longe μετεωρισθείς, ut malebam Mnem. XXIV p. 268, coll. Nub. 403. Eadem verba negotia facessunt interpreti Av. 713, ubi vide quae infra scribam.

Vs. 139. τούτοισι τοῖς αὐτοῖσι τοῦτον χορτάσω.

Eleganter Richards:

τοῦτόν γε τοῖς αὐτοῖσι τούτοις χορτάσω.

Sane ὁ αὐτὸς οὗτος, ut Latini idem hic, dicere Graeci malunt quam οὗτος ὁ αὐτός (hic idem).

Vs. 150. τούσδ' ἐγὼ πόνους πονῶ tentabam Herm. l. l. p. 613, et Mnem. l. l. ignorans dudum ante me in idem incidisse Heimsoethium.

Vs. 154. Commendabam Mnem. l. l. Heckeri coniecturam βαυκαλήσεται, consopiet, comice dictum pro ἀποκτενεῖ, coll. Et. M. 182, 18.

Vs. 161. Cf. Mnem. l. l. Vulgatam tuetur Mazon. — De vss. 163 et 172 vid. l. l.

Vs. 180. *πόθεν βροτοῦ μοι προσέβαλ' —; ὦναξ Ἡράκλεις.*
Vere Richards (quem tacite sequitur Mazon) „imperfect, not elliptical." Quod non assecutus ego iniuria sollicitavi *βροτοῦ*.

Vs. 193 et 197. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 220. Vid. ad vs. 65. — De vs. 250 et vs. 268 cf. Mnem. l. l.

Vs. 275. *ἧκέ νυν ταχύ.*
Noli putare hic *ἧκε* prorsus idem esse quod *ἐπάνελθε*. Imo servat verbum notionem suam perfecti. Verte: Redux esto celeriter!

Vs. 288 et vs. 289. Cf. Mnem. l. l. p. 270.

Vs. 325. *τὼ σκέλη*. Imo *σκέλει*. Vid. Meisterhans—Schwyzer p. 132, 6.

Vs. 328. Coryph. *ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι καὶ μηκέτι.*
Tryg. *τοῦτό νυν καὶ μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ὀρχήσεσθ' ἔτι.*

Mazon per zeugma scilicet (!) explicat, ut sit *τοῦτό νυν* (*ἐῶ*) *καὶ* (*κελεύω*) *μηκέτ' ἄλλο κτέ.*, ne offensus quidem duplici *ἔτι* (cum Blaydesio dedi *μοι*); et incredibili modo defendens *ὀρχήσεσθαι*, pro quo *ὀρχήσασθαι* saltem dare debuerat. Sed neque ullo zeugmate hic opus est, nec non certa videtur lenissima Bekkeri correctio *ὀρχήσησθε*. — De vs. 330 et 364 sq. cf. Mnem. l. l. 271 sq.

Vs. 369 sq. Vid. supra ad Eq. 175.

Vs. 425. In editione mea dedi *εἶτ' ἰόντες* pro *εἰσιόντες*. Cf. quae scripsi Herm. l. l. p. 613 et Mnem. l. l. — De vss. 451, 525, 528 egi ibidem.

Vs. 440. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 479. *ὅσοι γ' αὐτῶν ἔχονται τοῦ ξύλου.*
Richards *ἐνέχονται τῷ ξύλῳ*. Attamen cf. vs. 534.

Vs. 563. Cf. Mnem. l. l. p. 273. — Vs. 567. Quod ibi pro *αὐτῶν* proponebam *αὐτοῖς* typorum vitium est pro *αὐταῖς*.

Vs. 689, 693, 729 sq. Cf. Mnem. l. l. p. 274 sq.

Vs. 730. Ante me (Herm. l. p. 614) *δῶμεν* in *φῶμεν* mutandum esse suspicatus est Meineke. Cf. Mnem. l. l. p. 274.

Vs. 831. *τὰς ἐνδιαεριανερΙνηχέτους τινάς.*
Innumeris huius vocabuli correctionibus quae propositae sunt suam addidit et in textum recepit Mazon *ἐνδιαπεριαεριvηχέτους*, cui tamen obstat quod in aere quidem et per aerem natari (volari) potest, non vero circa aerem. Intellegi posset *ἐνδιαεριπερινηχέτους*, i. e. *περινεούσας ἔν τε ἀέρι καὶ δι' ἀέρος*. Sed quidni potius mutatione perexigua rescribimus: *ἐνδιαεριαυρΟνηχέτους*, i. e. in (aere aurisque et) per aerem aurasque natantes?

Vs. 838. Correctionem meam l. l. *δ' ἄρ'* pro *γάρ* (vid. Herm. l. l.) recepit Mazon. — De vs. 871 cf. Mnem. l. l.

Vs. 873. Serv. *αὕτη Θεωρία 'στιν, ἣν ἡμεῖς ποτε*
ἐπαίομεν Βραυρῶνάδ' ὑποπεπωκότες;
Tryg. *σάφ' ἴσθι, κἀλήφθη γε μόλις.*

In editione mea adnotavi: *αὕτη*] an *αὐτή*? Hoc tacite reposuit Mazon, nihil obscurissimo loco lucis afferens incredibili sua sententia, *θεωρίαν ἣν ἐπαίομεν* significare scilicet (!) *θεωρίαν ἣν ἐθεωροῦμεν τύμπανα παίοντες*, quae opinio minime confirmatur verbis toto coelo diversis et expeditissimis Strabonis XV 750: *τὸ τοὺς βασιλεῖς κωδωνοφορεῖσθαι καὶ τυμπανίζεσθαι*, ut mittam ne sic quidem intellegi posse Trygaei responsum. Quin nullam

omnino sanam interpretationem admittat, ut hodie scribitur, hic locus, et depravatus sit omnino non potest dubitari.

Nihil autem lepidi habet aut festivi, nisi putamus Theoriam fuisse illa aetate nomen aut cognomen notae omnibus meretricis, quam Trygaei servus mutam illam personam ita dictam, ornatu meretricio nunc procedentem, conspiciens, dominum suum rogat, num haec sit eadem illa Theoria, quam ipsi quondam Brauroniis ebrii cognoverint. Nempe non dubito quin sensu obscoeno accipiendum h. l. sit *παίειν*, ut vs. 897 et alibi et multo saepius *κρούειν* [1]. Quod si recte statuo, apparet excidisse verba nonnulla post *ἐπαίομεν* et mendosum esse *κἀλήφθη*, leni manu refingendum in *κἀλείφθη*. Locum igitur sic partim restituerim:

Serv. *αὑτὴ Θεωρία 'στιν, ἣν ἡμεῖς ποτε*
*ἐπαίομεν * * * * * * ,*
<ὅθ' ἥκομεν> Βραυρῶνάδ' ὑποπεπωκότες;
Tryg. *σάφ' ἴσθι, κἀλείφθη γε μόλις.*

Ita est, respondet dominus, adeoque aegre a nobis relicta est, ut est in obscoena quadam cantilena populari: Ze hadden geslapen bij hun zoetlief, en konden ze niet verlaten.

Vs. 1086. *ὥστ' οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ὢν*
ζηλωτὸς ἅπασιν.

Prorsus assentior iis qui *οὐ μὴ* hoc quidem sensu necessario regere coniunctivum existimant, nec tamen h. l. corrigi potest *παύσῃ*, quia verbum *παύειν* in sola forma *παῦε* intransitivum esse constat. Unde sequitur emendandum esse:

ὥστ' οὐχὶ δὴ παύσει κτέ.

Vs. 1077 sqq. Vid supra ad vs. 64.

---

[1]) Similiter vernaculo sermone plebecula subagitadi sensu utitur verbo neuken, quod primitus significabat slaan, quod ipsum in obscoea quadam naenia sic usurpatum esse memini. Cf. etiam turgentis verbera caudae Hor, Sat. II 7, 49. Similiter ictus usurpat Juvenalis VI 126.

Vss. 1096 et 1114 et 1167. Cf. Mnem. l. l.

Vs. 1175. ἣν δέ που δέῃ μάχεσθ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα.
Suadet caesura ut edamus μάχεσθαι "χοντα.

Vs. 1178. ἐγὼ δ' ἕστηκα λῑνοπτώμενος.
Ultimi vocabuli iota productum satis iam arguit eius corruptelam, neque enim ullum est praesidium in Antiphanis, quo Mazon provocat, fragmento ap. Athen. X p. 455 F:

τροφαλίδας τε λινοσάρκους, μανθάνεις;

de cuius depravatione nemo iam sanus dubitat. sive λειοσάρκους sive λιπαροσάρκους (quod praefero) est genuina lectio.

Ταχυπειθής vere sit necesse est, cui persuadeat haec novi editoris nota: „Le soldat abandonné par son chef est comparé au chasseur qu'on a chargé de surveiller les filets et que les rabotteurs ont abandonnés pour chasser ailleurs."

Qualis mehercule ineptissima foret comparatio, si quidem hi absunt paullisper abacturi feras in retia, prope quae collacatus est ὁ ἐπὶ τοῖς ἄρκυσιν, ignavus contra iste imperator fuga sua in periculo deserit gregarium militem, cuius virtutem ut illius ignaviae opponerem, incerta quamvis coniectura in editione mea (cf. Mnem. XIX p. 389 sq. et XXIV p. 281) proposui δὴ πνέων μένος, pro qua si quis certiorem invenerit nemo quam mihi fecerit gratius. Leniore Meinekii ληνοπτώμενος nihil profici satis constat.

Ad huiuscemodi ineptias confugere coguntur viri eruditi et ingeniosi, qualis procul dubio est Mazon, qui corruptissima quaeque mordicus tuentur! — Eadem autem ἀκρισίᾳ idem infra vs. 1145 eiusdem vocalis longitudinem defendit in corrupto nomine Αἰσχινάδῃ (ipse proposui Αἰσχρωνίδῃ, alli alia), scilicet versiculo seri admodum poetastri Christodori (Anth. Pal. II 14) viventis ea aetate, qua parum aut nihil curabatur vocalium quantitas:

Αἰσχίνης· λασίης δὲ συνείρυε κύκλα παρείης.

Talia scribi posse florentibus quam maxime etiam in Tournierii, Weilii, aliorum magnorum criticorum patria literis Graecis! Ὦ Μοῦσαι φίλαι!

Bonum factum quod multis bonis notis exegeticis hanc in re critica imbecillitatem redemit vir elegans, quem fore ut etiam in hac ad meliorem frugem redeat ex animi sententia spero. Nam, ut est apud tragicum,

πολλοῖσιν (sic olim correxi pro πολλοῖς ἐν) ἐσθλοῖς
τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον.

Vss. 1252 sq.; 1281; 1310; 1329 – 1567. Cf. Mnem. l. l. p. 281 sqq.

AD AVES.

Vs. 14. Cur πινακοπώλης mihi suspectum sit et σπιζοπώλης, coll. vs. 1079, coniecerim exposui Stud. Crit. p. 62.

Vs. 55. Similis iocus est Aristoph. fr. 530 K.

Vs. 68. οὕτω τι δεινὸν οὐδὲ κάλλιον λέγειν!

Coniciens οὐδὲν αἰτίῳ (vel αἰτίους) coll. Pac. 626 in Appendice ad Stud. Crit. p. 10 persuasi Leeuwenio, qui recepit, non persuasi Willemsio, qui distinguens virgula post δεινόν et interrogandi signo post λέγειν traditam lectionem tuetur, coll. Soph. El. 1046. Quod vide num sufficiat.

Vs. 146. ἔν' ἀνακύψεται
κλητῆρ' ἄγουσ' ἕωθεν ἡ Σαλαμινία.

Num forte „tanquam tristissimum omen"? Cf. Lucian. Eunuch. 6 δυσοιωνιστόν τι καὶ δυσάντητον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας ἴδοι (εὐνοῦχον). Amor. 39. Pseudolog. 11. Juven. VI 601 (Aethiops) numquam tibi MANE videndus, et similiter interpretandum vs. 655 occurrent multae tibi Belides atque Eriphylae MANE. Speciem tamen habet Leeuwenii coniectura ἄνωθεν.

Vs. 157. οὐ πρῶτα μὲν δεῖ ζῆν ἄνευ βαλλαντίου.

Eodem argumento pravitatis humanae in oratione ad liberos suos utitur ursus Atta Troll in facetissimo Heinrichii Heyne poemate.

Vs. 181. ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται
ἅπαντα διὰ τούτου, καλεῖται καὶ πόλις.

Arridet nuperrima Robertii correctio fortasse vera 'νταῦθα pro τοῦτο, quam proposuit in Hermae vol. XL, 3, 479.

Vs. 190. οὕτως, ὅταν θύσωσιν ἄνθρωποι θεοῖς,
ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,
τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαπνήσομεν.

Quia manifeste hic agitur de actione identidem repetita, utique recipienda est Lentingii correctio θύωσιν. Eodem vitio κωλύσωσι pro κωλύωσιν legitur Eccl. 841.

Vs. 227—262. Cf. O. Schroeder, Berl. phil. Woch. a. 1905, p. 309 sq.

Vs. 254 et 1394 (ubi expungit Picolomini) οἰωνῶν τανυοδείρων. Quia in metro dactylico numeri suspecti sunt et analogia caret hoc vocabulum, iam olim proposui, quod hodieque placet:

οἰωνῶν τανυδείρων.

Vs. 282 sq. Φιλοκλέους ἐξ ἔποπος.

Optime Willems l. l. p. 50 vertit: fils de Philoclès et d'une huppe, coll. Xen. Hell. IV 1, 39 et fr. com. Gr. II p. 679, de Philoclis turpitudine citans Thesmoph. 168.

Vs. 294. Emendatio mea τοὺς λόφους ἔχουσιν, recepta a Leeuwenio, legitur Herm. XXIV p. 615.

Vs. 328. Lege ἠργάσω pro εἰργάσω. Vid. ad Ach. 980.

Vs. 365. Cur post δεῖρε semicolon pro virgula ponendum videatur, exposui Herm. l. l. p. 615.

Vs. 366 sq. Pessime errabam l. l. Cunctandi enim sensu passim verbum μέλλειν attice iungitur cum aoristo, et cum futuro ne componi quidem potest.

Vs. 371. εἰ δὲ τὴν φύσιν μὲν ἐχθροί, τὸν δὲ νοῦν εἰσιν φίλοι,
καὶ διδάξοντές τι δεῦρ' ἥκουσιν ἡμᾶς χρήσιμον.;

Quia Upupa, quamvis et ipse avis, humana tamen (cf. 282 sq.) fingitur esse origine et h. l. hominum causidicus, nescio fere an revocanda sit optimorum codicum lectio ὑμᾶς.

Vs. 388. Pis. καὶ τὸ δόρυ χρὴ [τὸν ὀβελίσκον del. Halbertsma]
περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
τῶν ὅπλων ἐντός, παρὰ τὴν
χύτραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας
ἐγγὺς ὡς οὐ φευκτέον νῷν.

Locum conclamatum, donec certius aliquid reperiatur, sic tentare lubet:

καὶ τὸ δόρυ χρὴ
περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
τῶν ὅπλων ἐντὸς παρ' αὐτὴν (cum cod. A)
<τὴν> χύτραν Ἄρη βλέποντας
ἐγγὺς (scil. τῶν πολεμίων)· ὡς οὐ φευκτέον νῷν.

Quae verba sic scripta nullo egent interprete. Si verum vidi, αὐτὴν est dittographema, ἄκραν depravatum ex ἄρη, ὁρῶντας glossema genuinae lectionis βλέποντας. Verba παρ' αὐτὴν τὴν iam olim restituit Dawes.

Vs. 396 delebam Herm. XXIV p. 616, necdum me poenitet. Cf. Leeuwenii nota.

Vs. 401. Tentabam l. l. πῆξας pro κύψας, quod perite tuetur criticus Leidensis.

Vs. 412. L. l. conieci: ὄρνιθας; ΕΠ. αἴθων ἔρως. Aliter vLeeuwen.

Vs. 431. σόφισμα, κύρμα, τρῖμμα, παιπάλημ' ὅλον.

Sic codices. vLeeuwen adnotans; „vox κύρμα, quae in κύρβις (Nub. 448) mutari posset, nisi vicina vocabula in μα exirent omnia" etc. neglexit monere hanc meam esse coniecturam, propositam Stud. Crit. p. 63. Ipse vero deleto κύρμα (quod unde natum sit non explicat) in textu posuit:

σόφισμα, τρῖμμα, παίπαλημα, <λῆμ'> ὅλον

parum feliciter, quia λῆμα manifesto non est huius loci, quod sensit etiam, quem citat, Polak, qui coll. Dem. XVIII § 31 melius pro κύρμα coniecit κλέμμα. Ne forte quis putet scribi posse παιπάλημ', ἄλημ' ὅλον, moneo utrumque vocabulum prorsus idem significare.

Vs. 447. De huius versus interpretatione Kockio adversatus sum Stud. Crit. p. 63.

Vs. 457. σὺ δὲ τοῦθ' ὁρᾷς λέγ' εἰς κοινόν.

Haec codicum lectio multo magis favet Bothii correctioni οὑρᾷς aut Molhuysii οὗ '(ἑ)ρᾷς quam aut Kockianae ὃ φέρεις aut etiam violentiori Leeuwenianae οὗχεις, nec video quid minus apti hic habeant notiones illae. Cf. Leeuwenii nota.

Vs. 464. προπεφύραται λόγος εἷς (εὖ recte Bergk) μοι, ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει.

Suspicione non caret οὐ κωλύει dictum pro οὐδὲν κωλύει. Vide ne sit glossema superscriptum genuinae lectioni, quae idem significat: τί με κωλύει;, quod proposui Herm. l. l. 617.

Vs. 467. Up. ἡμεῖς βασιλῆς; τίνος; Pis. ὑμεῖς
πάντων ὁπόσ' ἐστίν, ἐμοῦ πρῶτον τουδὶ καὶ τοῦ
Διὸς αὐτοῦ,
ἀρχαιότεροι πρότεροί τε Κρόνου καὶ Τιτάνων ἐγένεσθε.

Non recte decurrere vulgatam probe intellegens vLeeuwen apte de suo reposuit τουτί· καὶ γὰρ Διὸς αὐτοῦ. Redit eodem, quod ut lenius praetulerim:

ἐμοῦ πρῶτον τοῦδ', οἳ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ
ἀρχαιότεροι πρότεροί τε Κρόνου καὶ Τιτάνων ἐγένεσθε

Nempe *ΤΟΥΔΙ* et *ΤΟΥΔΟΙ* Graecorum nepotes similiter pronuntiasse constat.

Vs. 495. Difficultatem quam de verbo δειπνεῖν movit Madvig, minime expedit Leeuwenii commentarius. Vide quae scripsi Stud. Crit. p. 94, ubi proposui ῥέγκειν. et Mnem. XIX p. 391, ubi coll. Eccl. 82 cogitavi de corrigendo (iusto tamen violentius) πρὶν δύνειν τοὺς ἀστέρας pro δειπνεῖν τοὺς ἄλλους.

Vs. 519. Append. ad Stud. Crit. p. 34 propter vss. 514—516 pro τοῦ Διὸς expectans nomen generalius conieci τοῦ θεοῦ, ut Διὸς sit glossema petitum e vs. 514.

Vs. 524. ὥσπερ δ' ἤδη (malim ἤδη δ' ὥσπερ. Cf. Mnem. XXIV
p. 308) τοὺς μαινομένους
βάλλουσ' ὑμᾶς, κἀν τοῖς ἱεροῖς
πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
ἵστησι βρόχους, κτέ.

Recepit vLeeuwen Hirschigii coniecturam τοῖσιν ἀγροῖς silens de leniore Meinekiana, quam propter notissimum Herodoti locum I 189 longe praetulerim, corrigendum esse mutata interpunctione:

βάλλουσ' ὑμᾶς κἀν τοῖς ἱεροῖς,
πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν <δ'> ὀρνιθευτὴς
ἵστησι βρόχους κτέ.

ut sensus sit: vel in templis. Fortasse tamen scribere praestat: *πᾶς τίς θ' ὑμῖν*. Errat A. Willems l. l. nihil omnino mutandum esse existimans.

Vs. 530. *οἳ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.*
κοὐδ' οὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν,
ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς,
ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρόν, ἔλαιον,
σίλφιον, ὄξος, καὶ τρίψαντες
καταχυσμάτιον γλυκὺ καὶ λιπαρόν,
κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν
τοῦτο καθ' ὑμῶν,
αὔων ὥσπερ κενεβρείων.

Quamvis ab omni violentiore mutatione abhorream, non tamen reticere possum male me habere omissam a poeta notionem simpliciter, quam propter opposita verba *ἀλλ' ἐπικνῶσιν κτέ.* additam iure expectamus verbo *ὀπτησάμενοι*. Scribere v. c. potuerat poeta:

κοὐδ' οὖν, εἰ ταῦτα δοκεῖ, φαύλως
ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, κτέ.

aut, ut conieci Herm. l. l. p. 617 *κοὐδ' οὖν* <*μόνον*>, *εἴπερ ταῦτα δοκεῖ*, vel potius, deleto *ὑμᾶς*, *παρέθενθ'* <*οὕτως*>, quod proposui Mnem. XXIV p. 308. Laborare vulgatam habeo persuasissimum.

Vs. 544. *σὺ δέ μοι κατὰ δαίμονα καί (τινα) συντυχίαν*
ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ.

Pro corrupto *μοι* Dindorf *νῦν*, Blaydes, quem sequitur vLeeuwen, *που* coniecerunt. Facilior etiam correctio est *τοι*, quod non minus aptum videtur.

Vs. 590. *εἴθ' οἱ κνῖπες καὶ ψῆνες ἀεὶ τὰς συκᾶς οὐ κατέδονται*

Leeuwenium, cuius doctus legatur commentarius, si audimus, manifestum hunc errorem ipse poeta commisit rerum natu-

ralium minus curiosus. Qualem si alii loci eum fuisse arguerent, facile critico Leidensi assentirem. Nunc probabilius arbitror καὶ ψῆνες leniter refingendum esse in καὶ σφῆκες.

Vs. 598. τὰ μέταλλ' αὐτοῖς μαντευομένοις οὗτοι δώσουσι τὰ χρηστά,
τάς τ' ἐμπορίας τὰς κερδαλέας πρὸς τὸν μάντιν κατεροῦσιν,
ὥστ' ἀπολεῖται τῶν ναυκλήρων οὐδείς.

Rectissime Cobet emendavit τὰ μὲν ἄλλ' — τὰς δ' ἐμπορίας, sed latuit summum criticum mendosum esse μαντευομένοις, ut ipsa verba opposita πρὸς τὸν μάντιν κατεροῦσιν luculenter arguunt, neque igitur mirum est Leeuwenium, quem idem mendum latebat, retinentem τ' post τάς rescripsisse de suo:

μαντευομένοισι τά τ' ἄλλ' αὐτοῖς οὗτοι δώσουσι τὰ χρηστά

At procul dubio Aristophanes dedit:

τὰ μὲν ἄλλ' αὐτοῖς πάντ' εὐχομένοις κτἑ.

i. e. Reliqua quidem omnia precantibus iis Aves bona dabunt, sed de mercaturis lucriferis vatem consulent. Videlicet vaticinio indigent quaecumque tota pendent a Fortuna. Notissimae autem sunt formulae εὔχεσθαι, αἰτεῖν, διδόναι τἀγαθά sive τὰ χρηστά. — Sed nondum ita hic locus persanatus est, manifesto enim vitiosa sunt etiam verba πρὸς τὸν μάντιν, propterea quod non hominum est indicare mercaturas lucrum praebentes vatibus, sed inversa ratione vatum hominibus. Quid igitur legendum? Procul dubio hoc:

τὰς δ' ἐμπορίας τὰς κερδαλέας πρώτοις μάντεις κατεροῦσιν.

Quinam vero sunt hi vates? Ipsi aves; quippe μάντεις est appositio. Cf. vs. 595 προερεῖ τις ἀεὶ τῶν ὀρνίθων μαντευομένῳ περὶ τοῦ πλοῦ. Cur autem πρώτοις? Videlicet consulentibus ante alios. Sic demum omnia perspicua sunt et optime concinunt. Quam facile vero ΠΡΟΤΟΙΣΜΑΝΤΕΙΣ in ΠΡΟΣΤΟΝΜΑΝΤΙΝ abire potuit!

Vs. 644. Pro τοὔνομ' citra necessitatem τὤνόμαθ' requirebam Ex. Crit. p. XI.

Vs. 647. ἴτε requirebam pro ἴθι, sed vid. Leeuwenii nota.

Vs. 698. Verba χάει πτερόεντι ante Leeuwenium defendi Anal. crit. p. 50, ubi quod coll. Plat. Phaedr. 252 B pro ποθεινός conieci πετεινός fortasse recte idem non admisit in vs. 696. Quod (698) recepit correctionem meam (Ex. crit. p. XI) νύχιος pro νυχίῳ gaudeo.

Vs. 717. ἐλθόντες γὰρ πρῶτον ἐπ' ὄρνις, οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε
πρός τ' ἐμπορίαν, καὶ πρὸς βιότου κτῆσιν, καὶ πρὸς γάμον ἄνδρες.

Teneo quod Herm. XXIV p. 617 proposui γάμον ἀρθμόν, quod cur nimis poeticum Leeuwenio, cuius coniectura γάμον αὐτόν mihi quidem displicet, videatur non exputo.

Vs. 723. ἢν οὖν ἡμᾶς νομίσητε θεούς,
ἕξετε χρῆσθαι μάντεσι μούσαις
πάσαις ὥραις, χειμῶνι, θέρει,
μετρίῳ πνίγει· κοὐκ ἀποδράντες
καθεδούμεθ' ἄνω σεμνυνόμενοι
παρὰ ταῖς νεφέλαις, ὥσπερ χὠ Ζεύς, κτἑ.

Compluria in his offendunt. De verbis μάντεσι μούσαις consulatur Leeuwenii nota (sin recte Polakio μούσαις e sequente πάσαις corruptum videtur, non male suppleas ἡμῖν). Cum eodem (Leeuwenio) suspectum habeo μετρίῳ, unde tamen facilius elicias κρύει quam ψύχει, et probabilius nisi fallor, quia extremum frigus κρῦος dici solet, ut extremus calor πνῖγος. Ceterum ambigo utrum verba χειμῶνι — πνίγει genuina sint an nata ex interpretamento olim adscripto ad verba πάσαις ὥραις, quae nullo indigent additamento. Denique male me habent verba παρὰ ταῖς νεφέλαις, pro quibus expectes ἐν ταῖς νεφέλαις aut κατὰ τὰς νεφέλας. Cf. Mnem. XXIV p. 308.

Vs. 750. Metri causa Herm. l. l. et Mnem. XXIV p. 308 conieci *φαίνειν* pro *φέρειν*, quod vLeeuwen acute tuetur Platonis loco Ion. 534 b, sed subdubito propterea quod ibi *φέρουσιν* necessarium est ob addita verba *ὥσπερ αἱ μέλιτται*. Saepe autem *φαίνειν* et *φέρειν* a librariis confundi constat, et suspecta est metri a versu antithetico diversitas.

Vs. 753. *εἰ μετ᾽ ὀρνίθων τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, βούλεται*
διαπλέκειν ζῶν ἡδέως τὸ λοιπόν, ὡς ἡμᾶς ἴτω.

Emblema esse *μετ᾽ ὀρνίθων* persuasit mihi collega Leidensis, sed in huius coniectura *εἴ τις — διαπλέκων <εὖ τὸν βίον>* // *βούλεται ζῶν ἡδέως* displicet mihi vocula *εὖ* abundanter addita. Malim igitur:

εἴ <γε τὸν βίον> τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, βούλεται
διαπλέκων ζῆν ἡδέως τὸ λοιπόν, ὡς ἡμᾶς ἴτω.

Insulse, ut isti solent, magistellus verbis *τὸν βίον* superscripsisse videtur *μετ᾽ ὀρνίθων*. Cf. supra ad Pac. 116.

Vs. 755. Cf. Herm. l. l. Difficultatem expedit lenis Leeuwenii emendatio *κρατουμένας*. Ipse Mnem. XXIV p. 309 proposueram *κυρούμενα*.

Vs 769. sqq. Locis allatis a Leeuwenio ad verba *ὄχθῳ ἐφεζόμενοι παρ᾽ Ἕβρον ποταμόν* illustranda addatur Bacchylidis Carm. XV: (Bl.), 5 *Φοῖβος ἐπείπερ ἐπ᾽?] ἀνθεμόεντι <που> Ἕβρῳ [ἦρος ἀ]γάλλεται ἢ δολιχαυχένι κύ[κνῳ] τερπόμενος.*

Vs. 812. Coryph. *φέρ᾽ ἴδω, τί δ᾽ ἡμῖν τοὔνομ᾽ ἔσται τῇ πόλει;* Cum Elmsleyo vLeeuwen *τί ἄρ᾽* dedit pro *τί δ᾽*. Vide tamen annon sit probabilius delere voculam *δ᾽* a librariis tot locis male additam.

Vs. 821. *ἆρ᾽ ἐστιν αὕτη γ᾽ ἡ Νεφελοκοκκυγία,*
ἵνα καὶ τὰ Θεογένους τὰ πολλὰ χρήματα
τά τ᾽ Αἰσχίνου γ᾽ ἅπαντα;

Reliquis criticis melius ex mea quidem sententia olim G. Hermann correxit *'σθ' ἅπαντα*, nam *ἅπαντὰ* oppositum antecedenti *τὰ πολλὰ* multo lepidius videtur quam quod plaudentibus multis Halm proposuit *τάλαντα*.

Pro primis verbis vLeeuwen de suo reposuit:

ἀλλ' ἐστ' ἐν αὐτῇ γῇ Νεφελοκοκκυγία,

mutato signo interrogandi in virgulam, acutissime sane nec male, sed eodem sensu cum Elmsleyo reponens *αὐτηγί* pro *αὕτη γ' ἡ* locum sic interpretor: Nonne haece est Nephelococcygia, ut dicat haec Euelpides (quod me quidem iudice multo est lepidius) digitum intendens in spectatores, quos genuinos germanosque Nephecoccygienses esse innuit. Neque enim necessarium duco mutare voculam *ἆρα*, quippe quae plerumque quidem simpliciter rogat (ut an) aut idem significet quod *ἆρα μή* (num), sed haud raro etiam ponitur pro *ἆρ' οὐ* (nonne), ut Pac. 1087 *ἆρα παύσει φεναικίζων*; Nub. 805 *ἆρ' αἰσθάνει πλεῖστα δι' ἡμᾶς αὐτίχ' ἕξων*; Nub. 1094 *ἆρα δῆτ' ἔγνωκας ὡς οὐδὲν λέγεις*; Nub. 1329 *ἆρ' οἶσθ' ὅτι χαίρω πόλλ' ἀκούων καὶ κακά*; Lys. 648 *ἆρα προὐφείλω τι χρηστὸν τῇ πόλει παραινέσαι* et alibi passim, quemadmodum saepe latina vocula ne ponitur pro nonne. Pendet ubique voculae significatio a tono vocis et minis loquentis.

Tum vero vs. 821 Pisetaerus huic amici sui et sodalis obiectioni, iam Athenas Nephalococcygiae nomen iure sibi vindicare, primitus, ni fallor, sic respondisse censendus est:

κάλλιστον (pro *καὶ λῷον*> *μὲν οὖν*
<*ὄνομ' ἐστι τοῦτο τῇ νεοκτίστῳ πόλει*
* * * * * * >

Sed quid faciam duobus versibus sequentibus:

τὸ Φλέγρας πεδίον, ἵν' οἱ θεοὶ τοὺς γηγενεῖς
ἀλαζονευόμενοι ποθ' ὑπερηκόντισαν

omnino non video, et nata est mihi suspicio haec verba propter similem sententiam quondam a lectore e deperdita fabula sive ipsius Aristophanis sive alius comici in margine adscripta fuisse et sic devenisse in textum, quo simul factum esse, ut hodie contextus hiet inter *κάλλιστον μὲν οὖν* (fac vere me ita corrigere)

et sq. vs. 826 λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως, ubi iusto violentius Kock χρῆμα (quod sanum puto) in ὄνομα mutari iussit.

Vs. 842. κωδονοφορῶν περίτρεχε καὶ κάθευδ' ἐκεῖ. Ἐκκαθευδδ' est lenis sane et acuta Leeuwenii correctio, sed num vera sit dubito. Potius ediderim:

καὶ — κάθευδ' ἐκεῖ,

ut poeta iocose παρὰ προσδοκίαν ita dedisse credatur pro ἐκκάθευδε, ut vs. 840 contra expectationem dixit κατάπεσ' ἀπὸ τῆς κλίμακος pro ἀναβαίνων ἐπὶ τῆς κλίμακος.

Vs. 850. Coniecturam meam τό τε κανοῦν αἶρε (Ex. crit. p. XI) recepit vLeeuwen.

Vs. 893. ἄπερρ' pro ἄπελθ' conieci Append. ad Stud. crit. p. 11.

Vs. 910. Mecum vLeeuwen post ὀτρηρός delevit verba κατὰ τὸν Ὅμηρον.

Vs. 943. Recte vLeeuwen edidit ὑφαντοδόνητον pro pseudo dorico ὑφαντοδόνατον. Vocem contra Blaydesium defendi l. l.

Vs. 956 sq. sollicitabam ibidem, sed recte fortasse collega Leidensis meliore interpunctione h. l. expedivit. Modo genuinus sit vs. 957, quem suspectat Hartman.

Vs. 966. Expuncto ἐστ' supplevi νῦν l. l. Cf. vLeeuwen.

Vs. 1009. ἅνθρωπος Θαλῆς. De articulo vid. Herm. l. l. Cf. Petronii Sat. 40 init. „Sophos" universi clamamus et sublatis manibus ad cameram iuramus Hipparchum Aratumque comparandos illi (Timalchioni) homines non fuisse.

Vs. 1013. Pis. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι
ξενηλατοῦμεν καὶ πεκίνηνταί τινες·
πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ.

vLeeuwen recepit Blaydesii coniecturam *κεκίνηται πόλις*, non male, modo simul rescripseris. *κεκίνηθ' ἡ πόλις*, necessarius enim articulus. Sed incerta est correctio, nam eodem iure possis v. c. *κεκίνηται ξίφη*, vel potius *κεκίνηνται φρένες* (cf. 1238). Nescio fere an lenissime corrigendum sit:

— *καὶ κεκέντηνταί τινες.*

Nisi forte etiam praeferendum, quod Mnem. XXIV p. 309 suasi, *κατακαίνονταί τινες.*

Vs. 1055. *αἰβοῖ· λαβέτω τις αὐτόν. — οὗτος οὐ μενεῖς;*

Referri solent ultima verba ad psephismatopolam, sed quia non video cur Pisetaerus eum hominem revocaret, quem (fac eum ante prehensionem aufugisse) manere nihil eius intererat, potius crediderim intellegendum esse Coryphaeum (Euelpides iam dudum scenam reliquerat), qui psephismatopolae minis perterritus fugam capessere coeperit. Quippe manendum huic erat cum choro suo, qui mox cantat vss. 1058 sqq.

Vs. 1080. Mnem. XXIV 309 suadebam *δεινοῖς κακοῖς*. Vulgatam bene explicare videtur vLeeuwen.

Vs. 1131. De voce *μάκρος* = *μῆκος* iniuria suspecta vide quae scripsi Herm. XXIV p. 619, ubi contuli homericum *ὦχρος*.

Vs. 1142. Mnem. X p. 91 propter antegressa et sequentia malebam *οὑρῳδιοί*, addito articulo.

Vs. 1169. *προσθεῖ* pro *εἰσθεῖ* proposui l. l.

Vs. 1212. *οὐκ ἐρεῖς;* pro *οὐ λέγεις;* conieci ibidem. Recepit vLeeuwen. — Append. ad Stud. crit. p. 34 proponebam *πῶς τοὺς κολοιάρχους παρῆλθες*, ut iam Bergkium coniecisse nunc video e Leeuwenii nota critica.

Vs. 1250. *πλεῖν ἤ*, quod de coniectura reponebam Stud. Crit. p. 64, legi in codice *Γ* nunc me docet Leeuwenii editio.

Vs. 1258 sqq. Tentavi Herm. XXIV p. 619 sq. Cf. nunc Leeuwenii nota critica.

Vs. 1292 sq. *Πέρδιξ μὲν εἷς κάπηλος ὠνομάζετο | χωλός.*

Si recte traditum est *μὲν εἷς* (*γέ τις* Blaydes), *κάπηλος* duabus virgulis saepiendum est, ut sit appositio, unus, scil. caupo. Cf. Mnem. X p. 91. — De hoc loco conferantur quae scripsit M. Treu in Philologo a. 1880, p. 196, qui e codice miscellaneo Palatino saec. XIV proverbia Graeca continente citat *πέρδιξ ὄρουσον· ἀντὶ τοῦ ταχέως ἐλθέ, ἐπειδήπερ τὸ ζῷον τοῦτο τάχα καθάλλεσθαι πέφυκε.* Itaque *πέρδιξ χωλός* dictum est *κατ' ἀντίφρασιν.* Idem proverbium, sed corruptum in *παραιζορουσον* affertur a Photio, Suida, Apostolio 13, 87.

Vs. 1329 et 1336. Herm. l. l. conieci *φαῦλος* et *φαῦλον·* pro *δειλός* et *δειλόν*, quod de nequitia, non de timiditate, hic agitur. Priori tantum versui prospicit Bergkii coniectura *δῆλος*, quam solam citat vLeeuwen. Fortasse illic *δῆλος*, hic *φαῦλον* est genuina lectio.

Vs. 1339. „*γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,*
*ὡς ἀμποταθείην * * ὕπερ ἀτρυγέτου*
γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας".

Recte editor Leidensis adversatus Meinekii supplemento *αἰθέρος*, quod *δι' αἰθέρος* dicendum foret, ipse supplevit *πόντοι'*, quod locis quos citat vix satis defenditur et parum probabilem praebet sententiam propter tautologiam versiculi sequentis. Gravius ulcus, quod sanare nequeo, huic loco subesse videtur.

Vss. 1344 sqq. Elegantissime a Leeuwenio tentantur, sed adeo violenter, ut cum ipso in textum recipere coniecturam non audeam.

Vs. 1347. Ex. Crit. p. XII corrigens *ᾧ* pro *ὅτι* ignorabam idem iam vidisse Reiskium.

Vs. 1358. Recte τἄρα cum Meinekio pro γὰρ (ἂν) reposuit vLeeuwen. Vid. me Herm. XXIV p. 620 sq. — In vs. sequenti Mnem. X p. 91 sq. καὶ transponebam post πατέρα.

Vs. 1364 sqq. Vid. A. Willems l. l. p. 64 sq.

Vs. 1382. Cf. Ex. Crit. p. XII.

Vs. 1396. Cin. τὸν ἀλάδρομον ἁλάμενος
ἅμ' ἀνέμων πνοαῖσι βαίην.

Temere vLeeuwen reposuit de suo τὸν ἄλλον δρόμον, et olim Hermann τὸν ἅλαδε δρόμον. Optime se habet vulgata. Ἁλάδρομος lyrica est compositio vocabulorum ἄλη et δρόμος, significans vagum cursum sive velocem vagationem, quam poeta coniunxit cum verbo ἀλᾶσθαι, vagari, nam ἀλάμενος est forma dorica sive aeolica = ἀλώμενος. Fallitur Willems l. l. reponi iubens ἀλήδρομον.

Vs. 1376. Tenéo quod, coll. vs. 1387, Mnem. XXIV p. 309 proponebam:

ἀφόβῳ φρενὸς ὄμματι (cum Hermanno) τέχναν ἐφέπων pro γενεὰν (schol., νέαν codd.).

Vs. 1398. στείχων τιν' (ὁδόν), pro πρός hodieque requiro ut Herm. l. l. De vs. 1402 quae scripsi ibidem nunc retracto, lecta Leeuwenii explicatione.

Vs. 1410. „ὄρνιθες τίνες οἵδ', οὐδὲν ἔχοντες, πτεροποίκιλοι";

Confidentius hodie pro οὐδὲν propono οἶκον, quod dubitabundus iam conieci l. l., i. e. domicilium, scil. urbem, cum hucusque certa habitatione aves caruissent. Miram autem compositionem πτεροποίκιλοι pro ποικιλόπτεροι, in qua haesit etiam vLeeuwen, facile removeas lenissima mutatione πτερὰ ποικίλοι.

Vs. 1424. πραγματοδίφης. Praeter μηχανοδίφης (Pac. 769 et ἱεροδιφᾶν (Nub. 192) cf. ἀστροδίφης (Herond. III 54).

Vs. 1445. *πεποτῆσθαι τὰς φρένας*. Cf. etiam Theocr. II 19 et XI 27 *πᾷ τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι;*

Vs. 1450 sqq. Cf. Mnem. XXIV p. 309.

Vs. 1468. De colore Euripideo prioris hemistichii cf. Herm. l. l.

Vs. 1470. Mnem. X p. 92 conieci *ὅπῃ 'πτόμεσθα* pro *ἐπεπτόμεσθα*.

Vs. 1485. Mnem. X. p. 91 correxi *ἅνθρωποι*, quod tacite edidit vLeeuwen.

Vs. 1486 sqq. Vid. Willems l. l. p. 67 sqq.

Vs. 1547. Prom. *μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.*
Pis. *νὴ τὸν Δί' ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς.*

Quia noto discrimine *μισόθεος*, deorum osor, *θεομισής* dis invisus significat, manifeste *παρὰ προσδοκίαν* hoc pro illo posuit poeta. Quare miror Leeuwenium id non more suo, quem ipse commendavi Herm. p. 618 extr., punctis significasse. Iniuria Mnem. XXIV p. proposui *μισόθεος*, nam ita periret loci lepus.

Vs. 1560. *ἀμνόν τιν' ἧς λαιμοὺς τεμὼν ὥσ-*
περ ποθ' οὐδυσσεὺς ἀπῆλθε
κᾆτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν
πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου
Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς.

Traditum verbum *ἀπῆλθε* Willems l. l. p. 71 sqq. a multorum coniecturis (novissime satis violenta mutatione vLeeuwen textui intulit suum *ἔμεινε*) defendit, recte observans *ἀπελθεῖν* non solum abire significare, sed etiam *ἀποχωρεῖν*, *ἀφίστασθαι*, se retirer, reculer, se mettre á l'écart, quod tamen non facere narratur Ulysses Homericus, ita ut suspicione non plane vacet librorum lectio. Sed valde mihi arridet lenissima eiusdem correctio

πρὸς τὸ λαιμᾶ<ν> τῆς καμήλου,

licet solum *λαιμάττειν* ex Eccl. 1173 atticum esse hucusque sciamus nec infinitivum finalem alibi cum praep. *πρός* iunctum

legere me meminerim. Cf. etiam vL. ad Eccl. l. l. Num forte legendum ἐπὶ τὸ λαιμᾶν? — Vs. 1 pluralem λαιμούς pro λαιμόν tuetur Eur. Ion 1064 λαιμῶν ἐξάψει βρόχον cum aliis locis.

Vs. 1583. τὰ δὲ κρέα τοῦ ταῦτ' ἐστιν;

Τοῦ ποτ' coniecit Halbertsma. Si quid mutandum, malim τάδ'. In Pisetaeri responso:

ὄρνιθές τινες
ἐπανιστάμενοι τοῖς δημοτικοῖσιν ὀρνέοις
ἔδοξαν ἀδικεῖν

prima facie mireris participium praesens, quod numeri postulant, positum ubi expectes ἐπαναστάντες, sed arte participium iungendum est cum verbo ἀδικεῖν: damnati sunt criminis rebellandi.

Vs. 1609. κλέψαντες pro κύψαντες, coll. Eq. 1239, correx Mnem. X p. 92 et ibidem vs. 1618 παρ' αὐτῶν conieci pro παρελθών. Illud recepit vLeeuwen.

Vs. 1664. Verba παίδων ὄντων γνησίων spuria esse luculenter inde apparet quod legibus atticis numquam notho erat ἀγχιστεία, sive legitimi alicui liberi essent sive non essent. Quod post Mnem. X p. 92 sq. iterum moneo, propterea quod vLeeuwen, qui sententiam meam commemorat, non saepsit uncinis.

Vs. 1679. De mea coniectura (Mnem. l. l. p. 93) ὀρνιτ' ὁ (= οὐ) vid. vLeeuwen, qui fortasse rectius Βάσιλιν αὖ (vs. 1678) dedit pro βασιλιναῦ.

Vs. 1790 sq. He hoc loco vide quae in Herma a. 1903, p. 159 sq. scripsit C. Robert.

Vs. 1715. Contra Bentlei coniecturam et meam (dubitanter propositam Herm. XXIV p. 628) vulgatam tuetur vLeeuwen in parenthesi (sed durissima) ponens verba ὀσμὴ — χωρεῖ. Corruptum esse ὀσμή hodieque existimo.

AD LYSISTRATAM.

In Argumento contra Leeuwenium defendi ἐμφανίζοντες Mnem. XXXII p. 261.

Vs. 2. ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδας.

Hinc corrigatur Alciphronis Epist. II 8 § 3 (ed. Schepers op. Teubn.): ποῦ γὰρ ἐγὼ κατ' ἀγρὸν ἱδρύσω Κωλιάδας (l. Κωλιάδα) ἢ Γενετυλλίδας. Una semper fuit Κωλιάς. — Idem ep. II 16 § 2 versui 8 debet verba τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς.

Vs. 31. L. l. non improbabam Dobraei coniecturam ὠχεῖτ' ἄρα, Herodoto VI 11 reddens ὀχέεται pro ἔχεται.

Vs. 42. De lectione codicum ἐργασαίατο cf. l. l. p. 262.

Vs. 51. Mnem. XXIV p. 286 malebam 'νάψομαι pro βάψομαι.

Vs. 64. Vid. l. l.

Vs. 82. Cf. Mnem. XXIV l. l. (ubi male legitur vs. 53).

Vs. 84. ἱαρεῖον dorice scribebam Mnem. XXXII p. 262.

Vs. 86. Mnem. XXIV p. 287 dorice scribendum esse suspicabar πέργειρα (an πρείγεια?) pro πρέσβειρα.

Vs. 106. Cf, Mnem. XXXII p. 262.

Vs. 107. Mnem. X p. 27 conieci δέ γ' pro γάρ, quod fortasse recte tuetur vLeeuwen.

Vs. 134. Tentavi Mnem. XXXII p, 262.

Vs. 143. Cf. l. l. p. 263.

Vs. 149 sqq. Pro παριοίμην soloece vLeeuwen cum Halbertsma dedit προσείμεθ'. L. l. postulabam προσέχοιμεν aut παρέχοιμεν. Cf. Stud. Crit. p. 65 sq. — De vs. 155 vid. l. l. p. 66.

Vs. 173. οὐ ἇς πόδας κα ἔχωντι ταὶ τριήριες. Hanc Valckenaerii coniecturam recepit vLeeuwen pro ἀσποδᾶς. Mihi quidem multo praestare videtur Bergkii et Ahrensii suspicio ἇς σπολάς, dorice = στολάς, i. e. armamenta, quae quando in navalibus quiescebant naves, asservabantur in σκευοθήκῃ. Cf. Herm. XXIV p. 622, ubi minus recte dubitabam.

Vs. 177. Mnem. XXXII p. 263 sq. commendabam Lentingii coniecturam πρεσβυτέραις et suspectabam authentiam vs. 179.

Vs. 180. Herm. XXIV p. 622 de coniectura pro κ' reponebam γ', quod nunc ex cod. Γ restituit vLeeuwen. — De vs. 188 vid. Stud. Crit. 67.

Vs. 193 sq. Stud. Crit. p. 66 proposui: ὁμούμεθα; ‖ Myrrh. <ὅπως;> ἐγὼν τί. Ibidem p. 67 egi de vs. 188.

Vss. 198; 208; 262 sqq.; 175 tractavi Mnem. XXXII p. 264.

Vs. 291. Pro ἐμοῦ aut ἐμόν, ut olim, requiro aut cum Leeuwenio ἐμοί.

Vs. 308. Vid. Mnem. XXXII p. 264 sq.

Vs. 315. Tentavi l. l. Alia olim proposui Ex. Crit. p. 67 et Herm. XXIV p. 624 sq., ubi vs. 335 ἔρρειν defendi contra Blaydesium.

Vs. 338. Turpiter errabam Mnem. XXIV p. 287. Cf. Leeuwenii nota.

Vs. 340 et 395. Vid. Mnem. XXXII l. l.

Vs. 353. Vulgatam contra me tuetur vLeeuwen, sed non attendit ad voculam *αὖ* hic parum aptam, quam locum vertens neglexit.

Vs. 398 en 416. Cf. Mnem. XXXII p. 266.

Vs. 420. *ἀπήντηκ'* [1]) defendi contra Blaydesium Herm. XXIV p. 625. Ibidem tractavi vs. 461 et vs. 492 (ubi defendi vulgatam).

Vs. 424. Mnem. l. l. deleatur mea adnotatio. Cf. *παρασχεθεῖν* Eq. 820, *ἀμύναθε* Nub. 1323; *διωκάθω* Nub. 1482, alia. Similes aoristos passim usurpat Plato philosophus.

Vss. 449 et 516. Cf. l. l. et de posteriore Herm. XXIV l. l.

Vs. 468. Anal. Crit. p. 52 malebam *λόγους*, quod habere nunc video cod *Γ*. Hoc suadet crebrior loquendi consuetudo.

Vs. 507. Stud. Crit. p. 63 deleto cum Dindorfio *καὶ τὸν χρόνον*, supplebam *σιγῇ γ'*. Nunc praefero Leeuwenii coniecturam.

Vs. 517. Tentavi Mnem. XXXII p. 267 et repudiavi editoris coniecturam *φρύγων* in vs. 537.

Vs. 563. Praeter Leeuwenii notam cf. Herm. l. l.

Vs. 584. Mnem. XXIV p. 287 proposui *ἔρι' ἄττα* (pro *τὸ κάταγμα*), quod recepit vLeeuwen.

Vs. 597. Blaydesii coniecturam, quam suam esse putat editor, *στύσασθαι* iam breviter impugnavi Herm. l. l.; postea pluribus Mnem. XXXII p. 267.

---

[1]) Hoc verbum obiter reddiderim Demostheni de falsa legatione § 257, ubi propono: *Ἄνθρωπος πολλὰ καὶ δεινὰ πρεσβεύσας, καὶ χώρας ἐκδεδωκὼς ἐν αἷς τοὺς θεοὺς ὑφ' ὑμῶν καὶ τῶν συμμάχων τιμᾶσθαι προσῆκεν, ἠτίμωσεν ἀπαντήσαντα* (pro *ὑπακούσαντα*) *τιν' αὐτοῦ κατήγορον* (Ctesiphontem). Cf. v. c. De corona § 125 extr.

Vs. 600 tentavi post alios Herm. l. l., sed recte tuetur editor.

Vs. 654. Octo annis ante Blaydesium, cuius editio prodiit a. 1880, ipse in Appendice ad Stud. Crit. p. 12 sq. proposui ἐξαναλώσαντες (sed cf. quae infra scribam ad Plut. 1014). Eodem errore vLeeuwen huic tribuit coniecturam μηκέτι a me ibidem propositam p. 35.

Vs. 671. Mnem. XXXII p. 267 conieci αὖθις posthac, pro αὖται. — Vss. 695; 699; 735. Vid. l. l.

Vs. 742. Ut metrum tragico sermoni conveniret, εἰς in ἐς mutabam l. l. p. 13. Cf. Herm. XXIV p. 624, ubi praeterea audacius ἕως ἂν ὅσιον προσμόλω 'γὼ χωρίον tentabam, collatis locis Sophocleis. Illud sufficit.

Vs. 747. Herm. l. l. malebam τίνα λέγεις λόγον; sed citra necessitatem.

Vs. 757. Praeter editoris notam explicativam cf. Mnem. XXIV p. 288.

Vs. 838. ἔγωγε, κἄστιν οὑμὸς ἀνὴρ Κινησίας.

Latuit Leeuwenium vitiosus anapaestus. Hermann coniecit κἄσθ' οὑμός γ', at καὶ — γε, atque adeo manifesto non est huius loci, nec ferri potest propter omissum articulum Elmslei coniectura ἐμὸς ἀνήρ. Praeterea in vulgatis displicet vocula καί. Propterea ego App. ad Stud. Crit. p. 13 proposui, coll. loco simillimo Ach. 118, ἐγῷδ' ὅς ἐστιν· κτἑ., post quam caesuram offensioni non est ita divisus anapaestus in sede. quarta.

Vs. 852. Cf. Mnem. XXXII p. 268.

Vs. 869. Mnem. XXIV p. 289 pro καταβᾶσα proposui ἀναβᾶσα. Quam ibi movi difficultatem mihi quidem non solvit scholiastae explicatio, quam citat editor. Cinesias enim est in aditu, Lysistrata vero supra in ipsa arce. Cf. 935 sqq. — Ibidem cur vs. 887 κἀγανωτέρα vulgatae -ώτερον praetulerim significavi.

Vs. 937. Anal. Crit. p. 58 correxi τουτογί pro τοῦτό γε. Recepit vLeeuwen.

Vs. 940. Cf. Mnem. XXXII p. 268 et Append. ad Stud. Crit. p. 68. — De vs. 942 sq. vid. Mnem. l. l.

Vs. 966. Mnem. XXIV p. 289 proposui βινοῦντος pro βινῶν.

Vs. 980. Cf. Mnem. XXXII p. 268 sq. – Ibidem vid. de vss. 1013 et 1031.

Vs. 1050. Vid. Herm. XXIV p. 625.

Vs. 1057. Cf. Mnem. XXXII p. 269. Ibidem de vs. 1078 sq.

Vs. 1093. εἰ σωφρονεῖτε, θαἰμάτια λήψεσθ' κτἑ.

Recte vLeeuwen: „Chori dux suadet ut palliis denuo decore compositis malum suum celent, cett." Similiter ego olim Append. ad Stud. Crit. p. 14 sq. locum explicans monui tamen eo sensu vix aptum esse verbum λαμβάνειν et requiri amiciendi verbum, ut recte vs. 1096 dicitur ἀμβαλώμεθα. Sed numeris non convenit quod ibi proposui θαἰμάτι' ἀνάψεσθ'. Recte se haberet ἀμβαλεῖσθ', sed ea mutatio iusto videtur violentior. Quaerant alii.

Vs. 1151 sqq. Cum Leeuwenii nota cf. quae scripsi Herm. l. l.

Vs. 1166. Coll. Luciani Lexiphane (cap. 12), quem huius loci meminisse putabam, Append. ad Stud. Crit. p. 15 sq. pro κινήσομεν conieci βινήσομεν, sed recte editor tueri mihi videtur vulgatam.

Vss. 1175; 1231; 1242; 1275; 1280; 1292. De his cf. Mnem. XXXII p. 269 sq.

Vs. 1310. Mnem. XXIV p. 209 conieci: μετὰ βακχίσιν (βακχίσ' ἐν?) οὔρεσι μαίνεται, deleto Μαινάσι ut glossemate. Cf. Leeuwenii nota.

AD THESMOPHORIAZUSAS.

Vs. 1 sqq. Vid. Mnem. XXXI p. 270 sq.

Vs. 12. Cf. l. l. Hunc versum iam a. 1882 damnavi Mnem. X p. 82.

Vs. 21. *οἷόν τι πού 'στιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι.*

Recte editor offensus vocula *που* ingeniose *οἷον* mutavit in *θεῖον*, quod non sine aliqua dubitatione accipio, quia admirativum *οἷον* habet quod fere magis placeat. Verum tamen est neque illam particulam neque aliam, ut *τοι* et *δή* et *ποτέ*, ita addi potuisse, itaque nihil relinqui praeter voculae *που* cancellationem. Nasci sane potuit ex *τοι*, hoc vero ex *τι*. — Fragmenti Sophoclei citati a scholiasta tria ultima verba *αἱ σοφῶν συνουσίαι* etiam repetuntur a Libanio Or. I § 164.

Vs. 46 sqq. Cf. Mnem. XXXII p. 271 et ibidem de vs. 74.

Vs. 80. *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση.*

Aenigma olim solvere conatus sum coniciendo: *ἐπείπερ ἐστὶν*, aut *ἐπεί 'στιν ἥδε* (sive *ἡδί*). Sed fortasse rectius vLeeuwen audacius rescripsit *ἐπεὶ ἐσθ' ἑορτή*, quia clarius ita significatur iustitii causa. — De tribus diebus festis cf. Alciphronis ep. II. 37 (ed. Schepers ap. Teubn.).

Vss. 118 tentavi Mnem. XXXII p. 272. — Item vs. 120 et 206.

Vs. 229 sqq. De concumbendi modis cf. Weidneri nota ad Iuvenal. VI 406, cui adde *δωδεκαμήχανος* Ran. 1323 et [Luciani] Asin. cap. VIII sq.

Vs. 231. Cf. Mnem. X p. 80 sq.

Vs. 232. εἰ pro αὖ, quod proponit editor, mihi vindico. Vid. Herm. XXIV p. 292. — Vs. 240. Cf. Mnem. XXXII l. l.

Vs! 272. Προσπίπτῃ pro περιπίπτῃ correxi Append. ad Stud. crit. p. 17. Recepit vLeeuwen.

Vs. 277. <καὶ> σπεῦδε cum Hamakero dedit idem. Facilius excidere potuit σύ, quod aptius coniecit vVelsen.

Vs. 281. Codicum lectionem ἀνέρχετ' ὑπὸ defendi et explicui Stud. crit. p. 22. — De vss. 284; 288; 294 cf. Mnem. XXXII p. 273.

Vs. 332—334. Vide me apud Leeuwenium.

Vs. 414 sqq. Cf. Iuvenal. VI 347 „Pone seram, cohibe."

Vs. 427. Cf. Mnem. X p. 93.

Vs. 491. οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεοκόμων | σποδούμεθ', κτἑ. Cf. Iuven. VI, 31 servis incurritur etc.

Vs. 498 sqq. Append. ad Stud. crit. p. 17 sq. transponebam αὐγὰς ὑφ' pro ὑπ' αὐγάς, coll. Lysistr. 1146. Suspecta tamen mihi hodie praepositio, quare cum Leeuwenio praefero graviorem Blaydesii mutationem. — De reliquis vid. Mnem. l. l. p. 273 sq.

Vs. 502 sqq. Cf. Iuvenal. VI 602 sqq.

Vss. 504. Herm. XXIV l. l. correxi περιέρχετ' (pro περιήρχετ'), quod recepit editor. Ibidem vs. 505 malebam τῇ δ' (sc. γυναικὶ) pro τὸ δ', quod si sanum est, certe virgula distinguendum post χύτρᾳ.

Vs. 508. Herm. l. l. et Mnem. X p. 29 propter antecedens ἄπελθ' ἄπελθ' malebam <ἀπ>έτρεχ' pro ἔτρεχεν.

Vs. 558. Herm. l. l. delebam τὰ ante κρέα ignorans idem iam fecisse Bachmannum.

Vs. 574. πόκον. Vetera lexica eodem sensu commemorant τὸ πέκος (cf. τὸ πλέκος = ὁ πλόκος), quo nescio an usus sit Iuvenalis XII 40: quarum generosi graminis ipsum infecit natura Pecus. Nam vox latina nullum praebet ibi sensum.

Vs. 603. τίς εἶ πρώτη σύ. In Appendice ad Stud. crit. praeferebam aut (cum aliis) ἡ πρώτη (cum cod. Aug.) aut εἶ πρῶτον. Si sana est vulgata, obtinet attractio.

Vs. 604 temere suspectavi l. l.

Vs. 616. Vid. Mnem. XXXII p. 274. Idem iam monueram Mnem. X. p. 81 et Herm. l. l.

Vs. 639. De forma rariore apud Atticos στιβαρός pro στιφρός monui Mnem. X p. 89.

Vs. 646. οὐκ ἐνγεταυθί.

E prisca scribendi ratione in titulis librisque haec forma propagata est. Quia tamen hodie in reliquis omnibus primitivum *N* ante *Γ* mutatur in *Γ*, ratio postulat ut edamus ἐγγεταυθί.

Vs. 656. Vid. Mnem. XXXII p. 244.

Vs. 718. ἀλλ' οὐ, μὰ τὼ θεώ, τάχ' οὐ
χαίρων ἴσως <ἔτ'> ἐνυβριεῖ
λόγους τε λέξεις ἀνοσίους.

Sic dimetros statuens Dobree, nisi quod retinebat ἐνυβριεῖς (emendavit Meineke) haec supplevit. Sed sive locus ita digerendus est sive, ut cum aliis fecit vLeeuwen, suspectum est τάχ' οὐ, cum quia verbo ἐνυβριεῖ additum expectatur pronomen μοι, tum

quod comici constanter dicunt *οὔ τι χαίρων*, non *οὐ χαίρων*, quod est tragicorum. Hinc Herm. XXIV p. 627 proposui *τ ι μ ο ι*. Accedit quod *τάχ' (ἂν) ἴσως* coniungi assolet, ut *εὐθὺς παραχρῆμα* et similia multa.

Vs. 740. Append. ad Stud. crit. p. 35, coll. vs. 998, *ἄρξῃς* pro *ἄρχῃ*, sed post Cobetum, ut videtur. Cf. Leeuwenii nota.

Vs. 743. Cf. Mnem. XXXII p. 275.

Vs. 750. Cur, coll. Plut. 942, pro *μάλ' αὐτίκα* coniecerim *αὐτίκα* <*δὴ*> *μάλα* exposui Herm. l. l., ubi tamen rem exaggeravi. Formula enim *μάλ' αὐτίκα* pro *αὐτίκα μάλα* quamvis perraro occurrit tamen, sed nusquam apud comicos nec, quod sciam, in titulis.

Vs. 775. Vulgatam contra Blaydesium, coll. Eq. 207, defendi Mnem. X p. 89.

Vs. 793. Ibidem tentabam *σπένδειν καὶ* <*θύειν*>, ut *χαίρειν* habeatur pro glossemate. Fero tamen librorum lectionem. — De vs. sequente cf. Mnem. XXIV p. 293 sq.

Vs. 800. Tentavi Mnem. XXXII p. 275.

Vss. 802 sq.; 828; 846. Vid. Mnem. XXIV p. 294 sq.

Vs. 811 et 822 et 241. Cf. Mnem. XXXII p. 275 sq.

Vs. 856. *ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον*
λ ε υ κ ῆ ς ν ο τ ί ζ ε ι μ ε λ α ν ο σ υ ρ μ α ί ῳ λ ε ῴ.

Recte recepta Velsenii emendatione (quam Stud. crit. p. 69 me primum fecisse putabam) pro *-μαῖον λεών*, editor de suo reposuit *λευρὸν*, nec tamen video, quidni a r e n o s a regio *λευκή* dici potuerit.

Vs. 874—883. Vid. Mnem. X p. 89 sq., et XXXII p. 276.

Vss. 889 et 1104 tractavi posteriore loco laudato. — De vs. 920 vide priorem.

Vs. 1050. Emendationem meam *ἀστεροπητὴς* pro *αἰθέρος ἀστὴρ*, coll. Soph. Phil. 1198, recepit vLeeuwen.

Vs. 1120. *οὐκ ἐπτόνησ' ἄν σ' αὐτὸ πυγίζις ἄγων.*
Difficillime hinc elicitur sensus quem voluit vLeeuwen. Melius intellegam versum sic scriptum:

οὐκ ἐπτόνησ' ἂν (*ἐπτόνησας* R) *αὐτὸ πυγίζειν σ' ἐγώ.*

Vs. 1156. Servatis codicis Ravennatis lectionibus *ἤλθετον* et *ἀφίκεσθον* conicio:

εἰ πρότερον ποτ' ἐπηκόω
ἤλθετον ἡμῖν, νῦν ἀφίκεσθον,

deletis verbis sequentibus. Cf. Leeuwenii nota. Librariorum est substituere pluralia pro dualibus, non ratione inversa.

Vs. 1181. Mnem. XXXII l. l. proposui *ἄνες μὲν* pro *ἄνωθεν.*

Vs. 1202. Mnem. X p. 90 sq., coll. Ran. 965, conieci <*σὺ*> *ταυταμενί.*

Vs. 1224. Append. ad Stud. crit. p. 26 ignorabam iam Cobetum ante me h. l. emendasse. Cf. Leeuwenii nota.

AD RANAS.

Vs. 20. *ὅτι θλίβεται μὲν* (*ὁ τράχηλος*), *τὸ δὲ γέλοιον οὐκ ἐρεῖ.*
Haec librorum lectio, quam cum Cobeto in *ἐρῶ* mutavit editor, tam egregie absurda est, ut paene succenseas iis qui (ut etiam novissime E Graf in Philologo a. 1896, collato scil. Agam. 329!) eius patrocinium susceperunt.

Vs. 81. Propter σὺ in verso sequenti malebam οὐκοῦν pro σὺ δ' οὖν Herm. XXIV p. 687. — Quod ad rem attinet, Xanthias in asino vectus repraesentat Silenum, unde fit ut mox Herculem facile Bacchum, quamvis insolito more vestitum, agnoscere nihil est quod miremur. Cf. etiam infra vs. 556 sqq.

Vs. 119. καὶ μήτε θερμὴν μήτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσῃς.
More poetis familiari adverbium (ἄγαν) etiam ad antecedens θερμὴν cogitandum est. In verbis antegressis:

ἀλλὰ φράζε τῶν ὁδῶν
ὅπῃ τάχιστ' ἀφιξόμεθ' εἰς Ἅιδου κάτω.

nollem Leeuwenium recepisse Fritzschii coniecturam τῷν ὁδόν, cui obstat, ut vere monuit Blaydes, in versu sequenti lectio τιν' αὐτῶν. Explicandum: τῶν ὁδῶν ταύτην, ὅπῃ — κάτω.

Vs. 135. Bacch. οὐκ ἂν βαδίσαιμ' ὁδὸν ταύτην.
Herc. τί δαί;
Bacch. ἥνπερ σὺ τότε κατῆλθες.
Bacchi responsum evidenter requirit Blaydesii correctionem τίν' οὖν;

Vs. 167. Xanth. μὴ δῆθ' ἱκετεύω σ', ἀλλὰ μίσθωσαί τινα
τῶν ἐκφερομένων, ὅστις ἐπὶ τοῦτ' ἔρχεται.
Alterum versum, quam plaudentibus multis, in quibus novissimus editor, ut fictum e vs. 170 damnavit Hamaker, ita tuetur Richards, ut pro ἔρχεται substituat ἀρκέσει, coll. Plat. Rep. 368 B aliisque locis bene multis, quo verbo semel tantum (Lys. 916) usus est noster. Mihi sanum videtur ἔρχεται, sed scripserim multo lenius:

ὅστις εἰς ταὔτ' ἔρχεται.

i. e., quippe qui eodem quo nos proficiscatur.

Vs. 178. Xanth. ὡς σεμνὸς ὁ κατάρατος· οὐκ οἰμώξεται;
ἐγὼ βαδιοῦμαι. Bacch. χρηστὸς εἶ καὶ γεννάδας.
Cum mortuus pro portandis sarcinis nimiam mercedem postularet, Xanthias nunc missis querellis se ad eam rem paratum

esse dicit, laudaturque propterea a domino. Verum vix et ne vix quidem hoc consilium significare potuit verbis ego ibo, idque eo minus quod denuo conscensurus est asinum, sed dixit, si quid video:

ἐγὼ δ᾽ ἀροῦμαι (scil τὰ σκεύη)

absolute hoc verbo usus, ut infra legitur vs. 407:

αἴροι᾽ ἂν αὖθις, ὦ παῖ.

Et ita procul dubio legit scholiasta explicans ἀντὶ τοῦ βαστάσω, unde simul apparet eum non legisse ὡς βαστάσω ᾽γώ, quod inconsideratius proposuit Blaydes.

Vs. 207. βατραχοκύκνων. Cf. Juven., Sat. II 150 Stygio ranas in gurgite vasto.

Vs. 234. τρέφω bene adversus me tuetur vLeeuwen. Mnem. XXIV p. 63 conieceram τρέφει, sc. Apollo.

Vs. 237. χὠ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι.

Hunc versiculum una cum Hom. V 204 citat Didymus in commentario ad Dem. Phil. XI 2, e papyro aegyptiaco nuper edito a Dielsio et Schubartio pag. 53, 25 (ed. mai.), in fidem scilicet etymologiae ὀρρωδεῖν = ἰδίειν τὸν ὄρρον. — Ὄρρος (= ion. ἄρρος) cohaerere videtur cum vernacula voce aars (germanice Arsch).

Vs. 283. Bacch. ἐγὼ δέ γ᾽ εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινι,
λαβεῖν τ᾽ ἀγώνισμ᾽ ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ.
Xanth. νὴ τὸν Δία καὶ μὴν αἰσθάνομαί ψόφου τινός.

Transponebam olim Mnem. X p. 84 sq. καὶ μὴν ψόφου νὴ τὸν Δί᾽ αἰσθάνομαί τινος, quam coniecturam in textum recepit vLeeuwen. Hodie tamen dubito an sufficiat plene interpungere post verba νὴ τὸν Δία, quibus dicat Xanthias se facere cum domino desiderante facinus aliquod tam periculoso dignum itinere.

Vs. 301. ἴθ' ᾗπερ ἔρχει.

Haec verba iure Richards cum libris Xanthiae vindicat, ut dicta sint ad Empusam, coll. Lysistr. 823.

Vs. 311. Suspectum habeo cum Blaydesio, ut male repetitum e vs. 100. Iocus saltem est frigidissimus.

Vs. 323. Ἴακχ', ὦ πολυτιμήτοις ἐν ἕδραις ἐνθάδε ναίων.

Recte Hermanni coniecturae metricae πολυτίμοις adversatus, vLeeuwen iusto audacius de suo reposuit πολυύμνοις, dubitans tamen an deleto ἐν, quod pauci libri omittunt, πολυτιμήτους ἕδρας (ut sane scribi potuit) sit genuina lectio. Sed quidni proxime ab optimorum librorum traditione scribamus:

Ἴακχ', ὦ 'ν πολυτιμήτοις ἕδραις ἐνθάδε ναίων.?

Vs. 332. Anal. crit. p. 52 restitui φιλοπαίσμονα (pro φιλοπαίγμονα), quod recepit vLeeuwen.

Vs. 342—352. Vid Mnem. XXIV p. 288 sq.

Vs. 347. Vid. Mnem. X p. 14 et XXX p. 51.

Vs. 359. Herm. l. l. p. 627 sq. et Mnem. X p. 34 proposui μὴ χαίρων χρηστὰ ποιοῦσιν pro μὴ 'ν καίρῳ τοῦτο ποιοῦσιν, quam coniecturam in textum suum recepit vLeeuwen.

Vs. 361. Mnem. X p. 35 tentabam καταδωροδοκεῖ τις. Nunc τι malo cum Leeuwenio.

Vs. 369. τούτοις ἀπαυδῶ καὖθις ἀπαυδῶ καὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ.

Blaydes, quem sequitur vLeeuwen, ter ἀπαυδῶ mutavit in προαυδῶ. Lenior est Richardsii coniectura primo loco αὐδῶ, deinde bis ἐπαυδῶ reponentis. Neque verbum simplex neque composita προαυδᾶν et ἐπαυδᾶν alibi apud nostrum occurrunt, qui constanter adhibet ἀγορεύειν cum compositis, sed sollemne quoddam hic habet tragica dictio.

Vs. 387 sq. *καί μ' ἀσφαλῶς κανήμερον*
παῖσαί τε καὶ χορεῦσαι.

De usitata inde ab Homero ellipsi voculae *δός*, quod iniuria pro *καὶ* substituebat vVelzen, in hoc ipsa fabula cf. vs. 887 et 894.

Vs. 427. Mnem. X p. 85 *ἀναφλάστιος* pro *ἀναφλύστιος* corrigebam. Recepit vLeeuwen.

Vs. 456. *ὅσοι μεμυήμεθ' εὐ-*
σεβῆ τε διήγομεν
βίον κτἑ.

Permirum est ante Richardsium neminem, quod certe sciam, observasse sequi ex *διήγομεν* poetam scripsisse (ἐ)μεμυήμεθ'. Quamquam requiri plusquamperfectum intellexisse arbitror bene multos, sed enim ante nostram fere aetatem viri docti librariorum vitiis decepti existimabant illud tempus apud veteres, ut apud recentiores, augmento temporali carere posse, donec meliora docuere tituli.

Vs. 467. *ὅς τὸν κύν' ἡμῶν ἐξελάσας τὸν Κέρβερον*
ἀπῇξας ἄγχων κἀποδρὰς ᾤχου λαβών,
ὅν ἐγὼ 'φύλαττον.

Posteaquam Mnem. XXX p. 51 ostendi absurdum esse *ἐξελάσας*, dubitanterque proposui *ἁρπάσας*, paullo lenius Richards coniecit *ἑλκύσας*, sed neutra coniectura ab abundantiae crimine plane libera est. Quare iam illic, si per typothetas (me imprudente, omisso integro versu, adnotationem meam male mulcantes) licuisset, legeretur mea suspicio *ἐξελάσας* potius esse veteris lacunae absurdum supplementum, Aristophanem vero dedisse:

ὅς τὸν κύν' ἡμῶν <τὸν φύλακα> τὸν Κέρβερον κτἑ.,
ὅν ἐγὼ 'φύλαττον.

Risum enim movet custos custode indigens (cf. Herm. l. l. p. 628). Saepius similiter luserunt veteres. Cf. etiam Libanii or. XII § 78 *τῷ ἰσχυροτάτῳ τῆς στρατιᾶς παραδοὺς τᾶς πόλεις,*

οἳ φυλάκων ἔχοντας σχῆμα τῶν φυλαξομένων ἐδέοντο. Iuvenal. Sat. VI 341 sed quis custodiet ipsos custodes?

Vs. 482. Bacch. ἀλλ' ὡρακιῶ·
ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σφογγιάν.
Xanth. ἰδοὺ λαβέ· προσθοῦ.
Bacch. ποῦ 'στιν;
Xanth. ὦ χρυσοῖ θεοί,
ἐνταῦθ' ἔχεις τὴν καρδίαν;
Bacch. δείσασα γὰρ
εἰς τὴν κάτω μου καρδίαν καθείρπυσεν.

Non potuit Bacchus, qui nimis bene sentit, ubi sit ipsi cor, hoc rogare Xanthiam, nemo autem facile verba ποῦ 'στιν; de oblata ei spongia accipiet, quae ita male abundarent. Procul dubio verba ἰδοὺ — καρδίαν omnia continuanda sunt Xanthiae, qui primum, quasi miratus Bacchum insolito loco applicare spongiam, ita rogat, deinde nova quaestione sibi ipse respondet. Addita igitur lineola verba sic distinxerim:

προσθοῦ. — ποῦ στιν; ὦ χρυσοῖ θεοί, κτἑ.

Vs. 548. Anal. crit. p. 53 emendavi τοῦ χοροῦ (pro τοὺς χορούς). Recepit vLeeuwen.

Vs. 562. ἔβλεψεν εἴς με δριμὺ κἀμυκᾶτό γε.

Ut passim, καί — γε hic significat atque adeo. Simillime mox vs. 564 καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο. Monendum erat propter Blaydesii coniecturam et Leeuwenii dubitationem.

Vs. 567. In textu suo admisit criticus Leidensis coniecturam meam, quam proposui Mnem. XXIV p. 284

ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ 'κκόπτοιμ' ἐγὼ
τοὺς γομφίους, οἷς κατέφαγες τὰ φορτία.

Nescio tamen an non rectius Herm. l. l. praeterea coniecerim 'κκόψαιμ', qui aoristus et per se praestat et confirmatur vicinis aoristis vs. 574 sq. ἐμβάλοιμι et ἐκτέμοιμι. Requiri aoristum Blaydes quoque intellexit, quocum pro σου malim σοι.

Vs. 559 et 611. Cf. Herm. l. l.

Vs. 592. ἀνανεάζειν σαυτὸν ἀεί.

Quidquid latet sub interpolata lectione σαυτὸν ἀεί, quam optimi codices omittunt, non persuasit mihi novissimus editor, qui de suo substituens σοβαρὸν ὄντα putat nonnullorum librorum lectionem πρὸς τὸ σοβαρὸν natam esse ex observatione antiquiore τὸ X (sive τὸ σημεῖον) πρὸς τὸ σοβαρόν, quae sit vox rarior. Quod sane credi posset, si revera esset rarior, sed enim ipsum contrarium apparebit consulenti, ne longus sim, Thesaurum Graecum sub ea voce, unde videbis serioribus praesertim vix ullum vocabulum fuisse familiarius. Veterem lacunam sine novis subsidiis explebit οὐδὲ θεός.

Vs. 599. ὅτι μὲν νῦν, ἢν χρηστὸν ᾖ τι,
ταῦτ' ἀφαιρεῖσθαι πάλιν πει-
ράσεταί μ' εὖ οἶδ' ὅτι.

Nemo pro certo affirmare poterit, utrum cum Blaydesio prius ὅτι in ὅδε refingendum sit, an cum Velsenio (cui obtemperavit vLeeuwen) posterius in ἐγώ, lenis enim et apta est utraque mutatio. Pro illa tamen fortasse militat, quod auribus minus gratum est ἐγώ propter subsequens ἐγὼ παρέξω, et quod formula est Atticis et Aristophani familiarissima εὖ οἶδ' ὅτι.

Vs. 615. καί σοι ποιήσω πρᾶγμα γενναῖον πάνυ.

Scribere potuit, non debuit, Aristophanes καίτοι, quod suasit E. Graf. Vide v. c. Nub. 427 λέγε νυν ἡμῖν ὅ τι σοι δρῶμεν θαρρῶν.

Vs. 642. Xanth. πῶς οὖν βασανιεῖς νὼ δικαίως; Ianit. ῥᾳδίως.
πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκάτερον.

Perdurum est admittere ellipsin participii παίων, unde suspensus sit accusativus πληγήν, nec comparari potest nota formula γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνειν, διώκειν, φεύγειν, itaque vix dubito quin admittenda sit lenis Blaydesii correctio πληγῇ.

Vs. 655. Ianit. *ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδέν;* Bacch. *οὐδέν μοι μέλει.* Dubia non videtur corrupteta vocularum *ἐπεί — γ'* (*ἔπειτα* est in quibusdam libris et *γ'* abest a nonnullis). Languet Bergkii coniectura *εἶπ' εἰ*, neque in Leeuweniana *εἶτ' οὐ* placet prior vocula. Potius coniecerim:

ἐτεὸν προτιμᾷς οὐδέν;

ut aegre credentes solent interrogare. Passim ita noster. Cf. Caravellae index. Facillime autem *ἐτε* et *ἐπεί* confunduntur.

Vs. 667. Ianitor *οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρα δύναμαί πω μαθεῖν*
ὁπότερος ὑμῶν ἐστι θεός, ἀλλ' εἴσιτον·
ὁ δεσπότης γὰρ αὐτὸς ὑμᾶς γνώσεται
χἠ Φερσέφαττ', ἅτ' ὄντε κἀκείνω θεώ.

Sine causa idonea editor recepisse videtur Blaydesii coniecturam *αὐτίχ'* pro *αὐτός*, ipse Plutus, quem sibi ipsi Orci ianitor opponit. Sed valde mihi suspecta est vocula *πω*, quia ianitor non poterat sperare se postea fore feliciorem. Corrigendum videtur *'γώ*, ut acrior fiat oppositio. Hoc iam olim suasi in Append. ad Stud. crit. p. 36.

Vs. 671. Pro *Φερσέφαττα* reponatur forma attica *Φερρέφαττα*. Cf. Meisterhans-Schwyzer p. 100, 3.

Vs. 680. *δεινὸν ἐπιβρέμεται*
Θρῃκία χελιδὼν
ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον.

In Bergkii coniectura recepta a Leeuwenio:

ὑποβάρβαρον ἑζομένη κέλαδον.

quantum placet mihi *κέλαδον*, tantum displicet *ὑποβάρβαρον* propter huius compositi *μείωσιν*, ubi potius *πάνυ* aut *μάλα βάρβαρον* expectatur. — Ceterum cum vulgatis cf. Alciphronis ep. IV 1 § 9 (ed. Schepers ap. Teubn.) *ἐαρινοῖς ἐφιζάνουσαι πετάλοις ἡδὺ καὶ κωτίλον ἀηδόνες ἐψιθύριζον.* Quare fortasse manum abstinere est satius.

Vs. 691. Herm. l. l. p. 628 sq. et Mnem XXIV p. 284 pro *ἐκθεῖσι* proposui *ἐκδῦσι*, quod recepit vLeeuwen.

Vs. 703. εἰ δὲ ταῦτ' ὀγκωσόμεσθα κἀποσεμνυνούμεθα, κτἑ.

Sic optimi codices, τοῦτ' e paucis dedit vLeeuwen. Nescio an aptius sit πάντ', in omnibus.

Vs. 731. οἶσιν ἡ πόλις πρὸ τοῦ
οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν.

Non sunt εἰκῇ, temere et ῥᾳδίως, facile, notiones identicae, ut τάχα et ἴσως, εὐθύς et παραχρῆμα, διακενῆς et ἄλλως, quaeque aliae ἀσυνδέτως copulari solent, quapropter hic malim εἰκῇ ῥᾳδίως <τ'> ἐχρήσατ' ἄν.

Vs. 752. τί δέ; τοῖς θύραζε ταῦτα καταλαλῶν;

Propter inusitatum hoc quidem sensu καταλαλεῖν, Herm. l. l. p. 629 proposui:

τί δέ; ταῦτα τοῖς θύρασιν (cum Fritzschii) ἐκλαλῶν;

Vs. 780 e vs. 766 conflictum putabam Mnem. XXIV p. 284.

Vs. 799. Ianitor: καὶ κανόνος ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν
καὶ πλαίσια ξύμπτυκτα —.
Xanth. πλινθεύουσι γάρ;

Hanc Veneti lectionem impense miror Leeuwenium praetulisse Ravennatis scripturae πλινθεύσουσι, quae si non tradita esset, certissima coniectura fuisset restituenda. Cf. etiam vss. 769 sqq.

Vs. 809. λῆρόν γε τἄλλ' ἡγεῖτο τοῦ γνῶναι πέρι
φύσεις ποιητῶν.

Recepit idem ingeniosam quidem sed audaciorem Blaydesii coniecturam:

τῆς φύσεως πέρι
γνῶναι ποιητῶν.

Quae tamen num sufficiat dubito, cum propterea quod pluralis φύσεις aptior hic videtur quam singularis tum quod nusquam λῆρος simileve vocabulum cum infinitivo, qui ab adiec-

tivis pendere solet, constructum me legere memini. Quare servato *φύσεις* et tradito verborum ordine, potius crediderim poetam dedisse:

λῆρόν τε τἄλλ' (i. e. *τοὺς ἄλλους*) *ἡγεῖτο κοὐ γνῶναι* <*σαφῶς*>
φύσεις ποιητῶν.

Vs. 819. Vid. Mnem. XXI p. 52.

Vs. 825. Mnem. X p. 85 non conieci (ut ait vLeeuwen) *ἀποσπῶν*, sed tuebar *κατασπῶν* consulte scriptum propter *πινακηδόν.*

Vs. 828. *δῆτα πανοῦργος* Mnem. XXIV p. 285 pro *δ' αὖτε πανοῦργος* malebam. Cf. tamen Leeuwenii notam.

Vs. 839. *ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα.*

Nescio an vox a criticis sollicitata ita possit defendi, ut non passive, ut fit, explicetur garrulitate non superandus, sed (ut saepius adiectiva verbalia in *τός* apud poetas vim transitivam habere constat) active = *οὐ περιλαλῶν*. Quod si ita est, satis ridicule Euripidi *τὸ περιλαλεῖν* (Eccl. 230), quae ipsi virtus videtur, (cf. 941 sqq. et 96 A) Aeschylo abiudicat, in vitio ponens huius scilicet virtutis absentiam. E regione sic opposita erit vox criticis suspecta vocabulo *στωμυλιοσυλλεκτάδης* usurpato de Euripide ab Aeschylo in huius responso vs. 841. Si quis tamen de vi activa propter compositionem cum *α* privativo (nec fortasse iuiuria) dubitat, in promptu est facillima correctio:

ἀπερίλαλον <*καὶ*> *κομπελοφακελορρήμονα.*

Utut est, si labe affecta est vox, exigua admodum laborat corruptela, non gravi morbo, ut collegae meo visum est.

Vs. 847. *ἄρνα μέλανα.* Cf. etiam Append. ad Stud. crit. p. 87.

Vs. 860. Eur. *ἕτοιμός εἰμ' ἔγωγε, κοὐκ ἀναδύομαι*
δάκνειν, δάκνεσθαι πρότερος, εἰ τούτῳ δοκεῖ,
τἄπη, τὰ μέλη, τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας.

Non habere accusativos in horum versuum ultimo unde pendeant vere observavit vLeeuwen. Nescio an, deleto *πρότερος* ut pravo lacunae supplemento, legendum sit:

δάκνειν, δάκνεσθ', εἰ <βασανίσαι> τούτῳ δοκεῖ
τἄπη, τὰ μέλη, τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας.

Secuntur haec:

καὶ νὴ Δία τὸν Πηλέα γε καὶ τὸν Αἴολον
καὶ τὸν Μελέαγρον κἄτι μάλα τὸν Τήλεφον.

Cur paucae hae tragoediae ex plurimis, quas scripsit Euripides, nominatim recenseantur me latet. Num sunt genuini hi versus?

Vs. 866. *ἐβουλόμην μὲν οὐκ ἐρίζειν ἐνθάδε.*

Neglexit editor commemorare probabilem me iudice Meinekii coniecturam *μὲν* <*ἂν*>. Cf. vs. 673 et Vesp. 960.

Vs. 870. Cf. Append. ad Stud. crit. l. l.

Vs. 906. Vid. Mnem. XXI p. 52 et XXIV p. 285.

Vs. 925. *μ ο ρ μ ο ρ ω π ά.* Mnem. XXIV p. 285 contuli Hesych. *μόρμορος καὶ μορμυραία*(?)· *φόβος* (*φοβερός*?) et homericum *μέρμερος*. vLeeuwen de suo dedit *μ ο ρ μ ο ν ω π ά.*

Vs. 929. Vid. Stud. crit. p. 70.

Vs. 937 sqq. Ob causam ibidem expositam hodieque non solum cum Fritszchio (et Leeuwenio) Baccho tribuo verba *κρεῖττον — σαυτοῦ*, sed etiam *καὶ τευτλίοισι λευκοῖς* (fortasse iusto longius ibi progressus ei tribuebam omnia verba *καὶ περιπάτοις — ἀπηθῶν*) et *Κηφισοφῶντα μειγνύς.*

Vs. 949. *ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τε μοι χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον*
χὠ δ ε σ π ό τ η ς χἠ παρθένος χἠ γραῦς ἄν.

Soli patri familias plena erat *παρρησία.* Iam Richardsium video intellexisse necessario corrigendum esse *τ ο ῦ δ ε σ π ό τ ο υ*, qui nollem addidisset alteram coniecturam *ἢ δεσπότης*, propter articuli absentiam repudiandam.

Vs. 960. *ἐξ ὧν γ' ἂν ἐξηλεγχόμην· ξυνειδότες γὰρ οὗτοι ἤλεγχον ἄν μου τὴν τέχνην. ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν.*

Recte vLeeuwen pronomini *οὗτος* addidit (spectatores designans). Horum enim iudicium laudandi occasionem nactus poeta de industria verba non plane necessaria (quae pro spuriis habet E Graf.) *ξυνειδότες — τέχνην* de industria addidisse videtur.

Vs. 964. *γνώσει δὲ τοὺς τούτου τε κἀμοὺς ἑκατέρου μαθηταῖς.*

Loci sententia evidenter haec est: Rem per utriusque nostrum discipulos intelleges, quo perspecto Richards verissime emendavit *τοῖς — κἀμοῖς — μαθηταῖς*, quod non dudum propositum esse vix crederes. Verum ita fit. Abdita saepe frustra rimantes in planis apertisque caecutimus.

Vs. 1027. Vid. Mnem. l. l. p. 52 sq., ubi tamen articulum necessarium videri iniuria concedebam Leeuwenio. Cf. Pac. 1012 *εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας.*

Vs. 1043. Herm. l. l. transponens *πόρνας — Φαίδρας* pro *Φαίδρας — πόρνας* persuasi Leeuwenio, qui recepit.

Vs. 1048. Cf. Herm. l. l. et de vs. 1082 ibidem p. 630.

Vs. 1070. *ἢ 'ξεκένωσεν τάς τε παλαίστρας καὶ τὰς πυγὰς ἐνέτριψε.*

Non male *συνέτρεψε* Meineke, quem sequitur vLeeuwen. Mihi, ut olim, magis arridet aeque lenis correctio *ἐπέτριψεν*, i. e. perdidit.

Vs. 1078. Anal. crit. p. 58 pro *καλέσαι* reposui *κάψαι*, quod recepit vLeeuwen.

Vs. 1082. Mnem. XXIV p. 285 recte, ni fallor, distinxi: *καὶ φάσκούσας „οὐ ζῆν τὸ ζῆν".*

Vs. 1101. ὅταν ὃ μὲν τείνῃ βιαίως
ὃ δ' ἐπαναστρέφειν δύνηται
κἀπερείδεσθαι τορῶς.

Recte κἀντερείδεσθαι coniecisse videtur Blaydes, nec sane, si in codice legeretur, spernerem quod iusto audacius de suo reposuit vLeeuwen:

ὃ δ' ἐπαναστροφὴν ποιῆται
(κἀπ)ερείδηται τορῶς.

Num vero sententia „alter autem possit (sc. se posse ostendat) etc." adeo inepta sit, ut omnino servari non possit, liceat dubitare. Melius, ni fallor, huiuscemodi coniecturae in adnotatione critica ponuntur quam in textu.

Vs. 1105. ὅ τι περ οὖν ἔχετον ἐρίζειν,
λέγετον, ἔπιτον, ἀναδέρετον
τά τε παλαιὰ καὶ τὰ καινά, κτἑ.

Dobraei coniectura ἀνά τε δέρετον (refricate, ut ulcus, coll. Luc. Pseud. 20) sic utor, ut etiam lenius corrigam:

λέγετον, ἔπιτον· ἀνὰ δὲ δέρετον κτἑ.

Nam prae Bergkii invento ἀνὰ δ' ἔρεσθον, recepto a Leeuwenio, praeter maiorem lenitatem favet huic lectioni tam ipsius verbi quam syllabarum ετον ter repetitarum vis comica.

Vs. 1130. Cum Leeuwenii nota cf. me Herm. l. l., et cum iis quae scripsit ad vs. 1132—1135 mea ad vs. 1133 Mnem. XXIV p. 285.

Vs. 1151. Bach. λέγ' ἕτερον αὐτῷ.

Aeschylus vs. 1126 sqq. citaverat tres primos Choephorarum versus, et vs. 1137 iubente Euripide primum repetiverat, quem deinde adversarius ut ineptissimum carpit vs. 1139 sqq. Manifesto post haec Bacchus, ut reliquos duos iam repetat ab Aeschylo poscens (cf. 1152 sq.), non ita dixisse censendus est, sed:

λέγε θάτερ' αὐτῷ.

i. e. recita ei reliqua.

Vs. 1188. *ἐπαύσατ᾽ ἄν* pro *ἐπαύσατο* (ut Herm. l. l. corrigebam) hodieque requiro.

Vs. 1181. Vid. Mnem. l. l.

Vs. 1235. Cf. Herm. l. l. p. 630. Sed recte vulgatam tuetur vLeeuwen. Ipse coniecturam meam *πρίω* iam retractaveram Append. ad Stud. crit. p. 87.

Vs. 1256. Cf. Stud. crit. p. 71. Hodie cum Leeuwenio acquiesco Meinekii coniectura.

Vs. 1301. *οὗτος δ᾽ ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων, κτἑ.*

Cum Leeuwenii nota cf. Herm. l. l. Placet mihi eius correctio:

οὗτος δέ γ᾽ ὡς πορνίδιον ἀπὸ πάντων φέρει,

nisi quod paullo lenius rescripserim:

οὗτος δ᾽ ἀπὸ πάντων ὥς <τι> πορνίδιον φέρει,

etiam quod in simplice oppositione praeferendum videtur traditum *δέ* coniecturae *δέ γε.*

Vs. 1305. Aesch. *ποῦ ᾽στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις*
αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο, Μοῦσ᾽ Εὐριπίδου,
πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδεια ταῦτ᾽ ᾄδειν μέλη.
Bacch. *αὕτη ποθ᾽ ἡ Μοῦσ᾽ οὐκ ἐλεσβίαζεν, οὔ.*

Ultimus versus, ut traditur obscurissimus, facillime intellegetur sic leniter refictus:

αὕτη ποθ᾽ ἡ Μοῦσ᾽ ουκ ἐλεσβίαζ᾽ ἄνω;

Nonne haec Musa (prodierat, ut arbitror, in scena persona muta meretricis cultu ornata) quondam apud superos *ἐλεσβίαζεν*? i. e. agnoscere mihi videor in hac Musa scortum vilissimum; quippe eiusmodi sunt multae fabulae Euripideae, ut non coelestis originis Musa, sed infamis et abominanda meretrix poetam inspirasse existimes. Similis fuit iocus in Pacis vs. 871 sqq., quales supra restituendos esse conieci.

In versu antegresso suspectum est admodum ταῦτα μέλη dictum pro ταῦτα τὰ μέλη. Quamquam coniecturas propositas ferri non posse cum Leeuwenio existimo. Suspicor:

πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδεια ταῦτ' ᾄδειν μάλα.

Vs. 1396. Ad Soph. Oed. Reg. 371 ed. meae a. 1866 pag. 112 κὤγκον pro καὶ νοῦν corrigens persuasi Leeuwenio.

Vs. 1423. Cf. Herm. l. l. p. 630.

[Vs. 1437]. εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ
αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

Felicissime Tucker constructionis stribliginem sustulit pro babili sua coniectura ἀέριον ἆραι.

Vs. 1468. Cf. Herm. l. l. — De vs. 1487 cum Leeuwenii nota cf. Mnem. XXIV p. 286.

Vs. 1473. ἔκρινα νικᾶν Αἰσχύλον. Hic locus tuetur νικᾶν, quod Halbertsmae obsecutus concellavi in Lysiae editione mea (Groningae ap. Wolters) IV § 3 κρίνας τὴν ἐμὴν φυλὴν νικᾶν. Me secutus est nuperrime Hartman ap. Brill, a. 1905.

Vs. 1517. ἣν ἄρ' ἐγώ ποτε
δεῦρ' ἀφίκωμαι.

Proposuit vVelzen ἣν αὖθις ἐγώ, vLeeuwen ἣν — ἐπανέλθω, nimio molimine uterque, lenissime sed contra dictionem comicam Meineke δεῦρ' αὖ ἵκωμαι, quia poetae comici verbum simplex in sola formula vetusta μὴ ὥρασ' ἵκοιο (Lys. 1037) et in melicis (Eccl. 958) tragice pro ἱκετεύειν adhibent. Sed quid quaeso impedit quominus eadem lenitate corrigamus:

ἣν αὖ ἐγώ ποτε
δεῦρ' ἀφίκωμαι.?

AD PLUTUM.

Vs. 26. ἀλλ' οὔ σε κρύψω.

Sic non male Venetus. Sub Ravennatis lectione οὔ τι fortasse latere οὐ<κέ>τι, coll. vs. 284, observavi Append. ad Stud. crit. p. 38.

Vs. 68. δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ.

Hunc versum citat Procopius Gazaeus epist. XXXIV extr.

Vs. 119. Plut. ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ' ἔμ' εἰ
πύθοιτ' ἂν ἐπιτρίψειε.

Verba, ut olim monui, corrupta vLeeuwen sic refinxit:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψειέ με,
ὦ μῶρ', ἐπεὶ 'πύθοιτο.

Apte sane, sed iusto violentius. Multo enim lenius, servato verborum ordine, corrigi fortasse potest:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν πεισθέντα ταῦτ', ὦ μῶρ', ἔμ', εἰ
πύθοιτ', ἂν ἐπιτρίψειε.

Olim vero Mnem. X p. 84 conieci εἰδὼς τοιαῦτ', ὦ μῶρ', ἐμὲ πεισθέντ' vel εἰδώς τι τούτων, μῶρ', ἐμὲ πεισθέντ', sed multo et lenius est et probabilius:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν, εἰ δρῶντά γ' οὕτω μῶρ' ἐμὲ
πύθοιτ', ἂν ἐπιτρίψειε.

Quod suasi Append. ad Stud. Gr. p. 38 et nunc prae reliquis probaverim.

Vs. 149. Chrem. καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος,
τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς εἰς τοῦτον τρέπειν.
Car. καὶ τούς γε παῖδας φασὶ τοὐτὸ ταῦτο δρᾶν,
οὐ τῶν ἐραστῶν, ἀλλὰ τἀργυρίου χάριν.

Quoties hunc locum legi, male me habuerunt verba *τὸν πρῶκτον*, quia meretrices amatoribus cunnum, non anum, advertebant et advertunt. Nec tamen propter versum sequentem substitui potest *τὸν κύσθον*, similisve notionis vocabulum.

Si autem *τὸν πρωκτὸν* mendosum est, una tantum patere mihi videtur via, qua ex his salebris pedem expedire possimus, scilicet suspicando poetam pro *τὸν πρωκτὸν* dedisse *τὸ ῥύγχος*, rostrum, (sermone vernaculo snoet), quod vocabulum aeque quadrat in utrosque.

Scribit Athenaeus III p. 93 *E*: *Ἄρχιππος* (comicus) *κατὰ παιδιὰν εἶπε καὶ ἐπὶ πρόσωπον οὕτως·*

καὶ ταῦτ' ἔχων τὸ ῥύγχος οὑτωσὶ μακρόν.

καὶ Ἀραρὼς Ἀδώνιδι·

Ὁ γὰρ θεὸς τὸ ῥύγχος ὡς ἡμᾶς στρέφει.

Et eodem sensu vocabulo bis usus est Hero(n)das Mimiamb. V 41 et VII 6.

Quamvis igitur specie quadam non careat, non satis lenis est haec correctio, ut assensum extorquere possit, itaque redeo ad pristinam meam sententiam, non laborare haec vocabula, sed sequens pronomen *αὐτάς*, quod h. l. abundans labem susceperit ex *αὐτάς* in vs. 150.

Nempe Mnem. X p. 80 vere, ni fallor, corrigebam:

τὸν πρωκτὸν αὐτὸν εὐθὺς εἰς τοῦτον τρέπειν.

„anum ipsum" i. e. vel anum. „Nam et *αὐτάς*" (ita scribe„bam) abundat, et *αὐτὸν* necessarium est, quo significetur „scorta Corinthiaca, sicubi dives amator ipsas petat, adeo „paratas esse *κελητίζεσθαι*. Cf. Vesp. 501 sq. Anth. Pal. V 202; „203 [add. Herod. 1 61 et Her. Sat. II 7, 49 sq.]. Notum est „*αὐτός* cum omnibus vocabuli formis in libris antiquis tachy„graphice exarari *αὐ̄*."

Vs. 177. Cf. Juv. II 169.

Vs. 188. Anal. crit. p. 55 ut fictum ex vs. 198 damnabam, sed fortasse recte tuetur vLeeuwen. Idem valet de vs. 209, ubi *αὐτὸς*, pro quo Mnem. XXIV p. 206 malebam *αὖθις*, bene explicare videtur.

Vs. 221. Herm. XXIV p 633 suspicabar ob causam ibi expositam:

οὐκ ἦν γε πλουτήσωσι· <πλουτήσουσι δέ,
εὖ οἶδ', ὅταν βλέψῃς σύ γ',> ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

neque hodie retracto sententiam.

Vs. 267. Ibidem proposui pro ψωλὸν ψωρὸν, quod recepit vLeeuwen. Pro ἄθλιον ibidem malebam ἀσθενῆ.

Vs. 268. Coryph. ὦ χρυσὸν ἀγγελίας ἐπῶν.
Haec verba in rem suam convertit Iulianus Apostata Epist. XI.

Vs. 282. ὦ πολλὰ μοχθήσαντες, οὐκ οὔσης σχολῆς προθύμως
δεῦρ' ἤλθομεν πολλῶν θ ύ μ ω ν ῥίζας διεκπερῶντες.

Lecta praesertim Leeuwenii disputatione critica, nemo facile dubitabit quin mendosum sit θύμων [1]), sed in promptu est facilis et apta emendatio φ υ τ ῶ ν, ut dicantur rustici per arborum radices (cf. Germanica formula über Stock und Steine) ex agris ruisse in urbem.

Vs. 336. Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης.
Procopius Gazaeus Epist. XXXIII init. „Χρεμύλος πεπλούτηκεν ἐξαίφνης (sic)" ἡ κωμῳδία φησίν.

Vs. 344. ἢ χθές. Ederem potius ἢ 'χθές propter veram Meinekii observationem in Aristophanis diverbiis metrum ubique admittere formam bisyllabam ἐχθές.

Vs. 348. Cf. Herm. l. l. Sed recte vulgatam tueri videtur vLeeuwen.

Vs. 352. Mnem. XXIV p. 307 Plauti verba sic graece verti ut indicavit editor Leidensis.

---

[1]) Pluralis numerus, in quo haeret vL., legitur etiam in Alciphronis ep. III, 456 (ed. Schepers).

Vs. 362 sq.; 365; 367 sq. Iniuria vLeeuwen Blepsidemum haec secum dicere putat. Vetant enim Chremyli responsa vss. 364 et 366, quae ita non possent intellegi. Cf. μελαγχολᾷς (vs. 366) cum κακοδαιμονᾷς (372). Sunt autem aeque odiosa omnia, quae in hac altercatione secuntur.

Vs. 380. An φιλίως aut φιλικῶς pro φίλως? Cf. Herm. l. l. et Mnem. l. l., ubi contuli Plat. Legg. III p. 698 B φιλίως εἴρηκας.

Vs. 400. Chrem. δεῖ γὰρ πρῶτα —

Bleps. τί;

Chrem. βλέψαι ποιῆσαι —

Bleps. νῷ; τίνα βλέψαι, φράσον.

Vereor ut νῷ (νῶιν VR) sanum sit, propterea quod, ut apparere videtur e praegressis (cf. imprimis 398 sq.), vix Blepsidemus iam a Chremylo socium se adscisci credere possit. Cogitavi de scribendo:

ποιῆσαί πως — Bleps. τίνα κτέ.

ut deinde Chremylus in fine orationis suae eandem notionem repetat dicens ἑνί γέ τῳ τρόπῳ. De divisione post pedem tertium cf. vs. 714. Quamquam (ut in vicinis omnibus) praetulerim personae mutationem post caesuram penthemimerin, quam habebimus Blepsidemo tribuentes:

πῶς; τίνα βλέψαι; φράσον.

Vix Aristophaneum videtur, licet saepe dicat τὸ τί;, de quo legendo forsitan aliquis cogitat, τὸν τίνα, ut Luciano et sequioribus dicere placuit. Sed de hoc loco aliorum expecto iudicium.

Vs. 406. Cf. Mnem. XXIV p. 307.

Vs. 414. Append. ad Stud. crit. p. 89: καὶ δὴ βαδίζω Ambr. (quem ipse contuli), non male. Cf. 227. Recte recepit vLeeuwen ex Veneto.

Vs. 430. ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν.

Incidit mecum collega, ut ex nota eius explicativa apparet, in eundem errorem, quem commisi Herm. l. l. p. 684 explicans

ex omni Attica, quo sensu necessarium foret ἐκ πάσης τῆς χώρας. Vertendum ex omni (i. e. unaquaque) terra, scil. ex universa Graecia (reliquum terrarum orbem parum Graeci curabant) Cf. vs. 468 σὲ πρῶτον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος. Quod autem vs. 434 legitur ἐνθένδ' ἀφανίσαι non eam vim habet, ut poeta dicturus ex omni Attica articulum omittere potuerit. Non igitur necessarium videtur, quod l. l. proposui:

ζητοῦντε τῆς πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν.

etiam minus probandum propterea quod post verba cum ἐξ composita Aristophanes iterare solet praepositionem.

Vs. 475. Append. ad Stud. crit. l. l. mihi suspectus. Sed cf. Leeuwenii nota critica.

Vs. 587. φθειρῶν δ' ἀριθμὸν καὶ κωνώπων καὶ ψυλλῶν οὐδὲ λέγω σοι
ὑπὸ τοῦ πλήθους, αἳ βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν
ἐπεγείρουσαι καὶ φράζουσαι· πεινήσεις, ἀλλ' ἐπανίστω.

Perabsurde pediculis et pulicibus h. l. tribuitur τὸ βομβεῖν, nec hoc saltem (vide quae ad Av. 590 adnotavi) excusari potest rerum naturalium nescio qua incuria, sed locus sine ulla controversia corruptus est. Accedit, quod optime demonstravit vLeeuwen absurde addita esse verba ὑπὸ τοῦ πλήθους, quae si sunt, ut ille putat, glossatoris, nescio fere an primitus fuerit ἐπὶ τοῦ πλήθους adscriptum a grammatico, ut doceret subst. ἀριθμός hic de multitudine usurpari a poeta. Locum partim corrigere se putat collega mutando ψυλλῶν in μυιῶν, at aegre equidem hic desiderarem pulices, bestiolas immundae paupertatis una cum pediculis fere proprias, dum muscarum mentio post culicum abundaret, ut neglegam τὸ βομβεῖν culicum esse, non muscarum.

Quae cum ita sint, redire liceat ad veterem meam sententiam, quam iusto brevius nec satis recte expositam Stud. crit.

p. 73 amicus ne commomoravit quidem, hunc locum transpositione esse sanandum. Hodie autem locum sic fere refingendum esse suspicor:

φθειρῶν δ' ἀριθμὸν <τὸν παμπληθῆ?> καὶ ψυλλῶν οὐδὲ λέγω σοι
καὶ κωνώπων, οἳ βομβοῦντες περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν,
ἐπεγείροντες καὶ φράζοντες· „πεινήσεις, ἀλλ' ἐπανίστω."

Qualem corrigendi rationem multo minus violentam esse quam prima facie videatur, dabis mihi reputans, semel loco suo motis verbis *καὶ κωνώπων* necessario participiorum formas masculinas in femininas fuisse convertendas. Mnem. XIX p. 392 genus femininum tuebar observatione saepissime Graecos in plurali de animalibus, etiam ubi nulla sexus habeatur ratio, illud adhibere, melius saltem quam Append. ad. Stud. crit. p. 20 sq., ubi frusta provocabam ad scholium: *θηλυκῶς δέ τινες τὴν κώνωπα κατὰ τοὺς Ἀττικούς*.

Vs. 584. *ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου ξυναγείρει.*

Huius versus authentiam contra Cobetum recte defendit vLeeuwen. Reputemus etiam vim demonstrationis augere addita verba *δι' ἔτους πέμπτου*, nam quo rarius Olympia celebrabantur, eo vilius victoriae praemium videri debebat corona oleaginea.

Vs. 597. Cf. Herm. l. l. p. 634. In subiecti mutatione satis frequenti apud scriptores Graecos nec h. l. propter versum antecedentem duriore non haerendum esse arbitror.

Vs. 631. Cf. Herm. l. l. Quid Leeuwenio in verborum, ut ibi corrigebam, structura displiceat me latet. Ceterum fortasse vera est ingeniosa ipsius coniectura *πρὸ τοῦ* pro *ταυτοῦ*.

Vs. 658. Herm. l. l. adversabar Blaydesii coniecturae *ψυχρᾷ 'ν θαλάττῃ*, monens *θάλατταν* esse a q u a m m a r i n a m. Mecum facit vLeeuwen.

Vs. 687. Ibidem fallebar coniciens προὐδίδαξέ πως pro προυδιδάξατο. Paratragoediam esse vidit collega, coll. Soph. Trach. 682.

Vs. 688. τὸ γράδιον δ' ὡς ᾔσθετο (δή cod. A) μου τὸν ψόφον,
τὴν χεῖρ' ἐπῆρε.

Vocula δή in cod. A procul dubio metrico debetur correctori. Vulgo quidem (etiam a Leeuwenio) recepta est lenis Porsoni coniectura ᾐσθάνετο, sed aptior videtur aoristus aut praesens historicum, quare, numeris excluso illo tempore, nescio an praeferenda sit Lentingii coniectura αἰσθάνεται, cuius formae traditum ᾔσθετο glossema esse suspicor.

Vs. 701. Collata var. lect., Mnem. X p. 81 ad exemplum Eccl. 725 reponebam <παρ>ακολουθοῦσ'.

Vs. 708. Mnl. σὺ δὲ πῶς ἑώρας;
Car. διὰ τοῦ τριβωνίου,
ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας.

Hic locus in memoriam revocat Ach. 435, ubi laceram Telephi vestem ab Euripide accipiens Dicaeopolis festive exclamat:

ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχοῦ.

Homines pertusa laena appellat Iuvenalis V 131.

Vs. 771—788. Turbatum versuum ordinem feliciter restituit vLeeuwen, cui tamen ante vs. 788

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν καὶ σὺ καὶ σὺ χαίρετον

(cf. Vesp. 452) lacunam statuenti non assentior, quandoquidem res in scena agitur, ubi, conspecto iam Pluto, quis alter σύ esset, neminem spectatorum latere poterat.

Vs. 801. ἀνίσταθ', ὡς ἁρπασόμενος τῶν ἰσχάδων.

De frequenti apud comicos pedum tertii et quarti uno vocabulo comprehensione multis egi in Appendice ad Stud. crit. p. 21—25.

Vs. 807. Voci graecae σιπύα respondet Latina simpulum sive simpuvium.

ν μ' ἀπώλεσεν.

...rrupta. Carioni versum ...se recte [nullam equidem ...itium inesse testatur parti- ...militer olim et ipse iudicabam ...ecturam γὰρ σῶν (coll. Av. 89; ... Fritzschiana ὄντως commendabam. ... gata possit defendi. Ut enim recte ...σκευαρίων, ita nihil dici vetat αὐχμὸς ὤν ...e contendi potest ita ὤν male abundare; ...endum fuerat cum articulo ὁ γὰρ αὐχμός. ...Virne hic αὐχμῆσαι (cf. Nub. 920) incultoque ...s fugisse dicitur an amici cum faece siccatis ...gisse".

...em optio non videtur difficilis; nusquam enim ...ριον (errat Pape in lexico s. v.) est deminutiva forma ...σκεῦος (vas), nusquam vero vocis σκευή (vestis). ...ina autem quaeso omnes locos collectos in Thesauro s. v. Ex Pluto cf. vs. 809 sq.:

ἅπαντα δ' ἡμῖν ἀργυρίου καὶ χρυσίου
τὰ σκευάρια πλήρη 'στιν.

De sententia cf. etiam Petronii Sat. cap. 38: sociorum olla male fervet, et ubi semel res inclinata est, amici de medio.

Vs. 885. ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

E coniecturis ad h. l. propositis maxime probabilie videtur Leeuweniana, δήγματος esse glossema, quod expulerit vocem sententiae necessariam φάρμακον. Similimam olim Hirschig opem tulit Thesmophoriazusarum versui 577, reponendo τὸ κηρίον pro glossemate τοῦ παιδίου, neque alio remedio multos alios veterum scriptorum locos sanavit criticorum sagacitas.

Vs. 853. Cf. Herm. l. l.

Plut. 853. Cf. Herm. l. l.

Vs. 852. Iustus ad Sycophantam:

εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχε,
ἔπειτ' ἐκεῖ κορυφαῖος ἑστηκὼς θέρου·
κἀγὼ γὰρ εἶχον τὴν στάσιν ταύτην ποτέ.

Comparari potest Equitum locus vs. 1399 sqq., ubi similiter Agoracritus Cleonem ulciscitur, tradita huic eadem qua eo usque usus ipse fuerat vitae conditione.

Vs. 859. Hodieque praetulerim ἐπιλίπωσί μ', quod proposui Mnem. XIX p. 392 pro ἐπιλίπωσιν. Ibidem suspectavi vs. 861, in vs. sequenti coniciens ἔοικε δ' aut ἔοιχ' ὅδ' pro ἔοικεν.

Vs. 955. ἕλξει κτέ. Obiter verbum ἕλκειν restituatur in protocollo iudiciario pap. Lips. 13, 411 (Archiv für Papyrusforschung III p. 107), ubi legitur: ε...ο μ ε ν ο ν καὶ τυπτομένων ὑπὸ γαλλιαρίων, ubi editores non perspexerunt corrigendum et supplendum esse ἑ[λκ]ομένων κτέ. Ibidem paullo ante vs. 4 εἴπῃ αὐτὸς παρὼν καὶ . τηγων τὰ ὀνόματα αὐτῶν κτέ. procul dubio neque [μὴ σ]τυγῶν neque ὁδηγῶν cum iisdem corrigendum est, sed [μὴ σ]τέγων.

Vs. 1014. ἔπειτα πλουτῶν οὐκέθ' ἥδεται φακῇ.

Fieri potest ut recte novissimus editor tueatur ἔπειτα traiectum statuens pro πλουτῶν ἔπειτα. Cf. eiusdem adnotatio exegetica ad Nub. 860 sq. Quo tamen vix pertinet, quem locum citat, Plut 79 εἶτ' ἐσίγας πλοῦτος ὤν; ubi noto usu εἶτα cum indignatione rogat. Sed cf. supra ad Lys. 654. — Praeter ὅμως, de quo vL. admonuit, saepius ita traicitur formula καὶ ταῦτα, idque. Vide ipsius notam ad Ran. 704, cui adde Dion. Chrys. II § 47 extr. (ubi male transposuit v. Arnim) et VII § 89 (ed. v. Arnim).

Vs. 1018. χεῖρας παγκάλας. Pars codicum παγκάλους (Ambr. meus $\overset{\text{ου}}{\text{παγκάλας}}$) perperam. Scil. πάγκαλος = πάνυ καλός non est verum compositum. Idem valet de πάγκακος.

Vs. 1041. Cf. Stud. crit. p. 75 et Append. p. 21. E Ravennate tamen vLeeuwen notat στεφάνους et δᾷδας. Num errabam?

Vs. 1048. μεθύων γάρ, ὡς ἔοικεν, ὀξυτέρως βλέπει.

Vulgaris apud veteres sententia. Ex ipso nostro cf. Eq. 85 sqq. Malim ὀξύτερον. Dicitur enim ὀξὺ βλέπειν, non ὀξέως.

Vs. 1058. ἔχει γὰρ (vetula) τρεῖς ἢ τέτταρας γομφίους:

Cf. Alciphronis ep. II 25 § 3 (ed. Schepers ap. Teubn.): Βάδιζε παρά τινα λημῶσαν ἄγροικον γραῦν ἐπὶ ἑνὶ γομφίῳ σαλεύουσαν.

Vs. 1066. πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσι.

Editor πλύνον (sic) esse putat vestem sordidam, coll. scholio ad h. l. Scribit Phrynichus B A p. 58, 27 πλύνον πλύνεσθαι· σημαίνει μὲν τὴν ὕβριν, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν πλυνομένων ἱματίων καὶ πατουμένων· καὶ γὰρ οὔροις (οὔρῳ?) καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα ῥύπτεται, καὶ πλυνόμενα περιυβρίζεται καὶ πατούμενα. Unde olim Stud. Thuc. suspicabar poetam dedisse:

πλύνον με πλύνων κτέ.

= nudum πλύνων, cuius verbi notissima est metaphorica haec significatio (cf. Thesaur. VI p. 1249 sq.), quemadmodum dixit βάδον βαδίζειν Av. 42 et passim verba cum eiusdem originis substantivis copulantur.

Attamen vulgatam iam legit Pollux VII 38 scribens: καὶ τὸν τόπον (εἴποις ἂν) πλυνούς. ἀφ' οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν πλύνειν, καὶ „πλυνόν με ποιεῖς (sic)" ἡ κωμῳδία φησίν. Quare nihil novare est satius.

Vs. 1058. Mnem. XXXIV p. 307 malebam στοχάσομαι pro γνώσομαι, coll. Plut. Gorg. p. 464 C, ita tamen ut nihil mutandum esse censerem.

Vs. 1139. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.

Multis locis hunc ludum illustrans vLeeuwen non addidit omnium utilissimum, qui sine ludi nomine legitur in Hero(n)dae mimiambis VIII, 40 sqq.:

ὥσπερ τελεῦμεν ἐπὶ χοροῖς Διονυσίων
χοἱ μὲν μετώποις ἐς κόνιν κολυμβῶντες
ἔκυπτον ἀρνευτῆρες ἐκ βίης οὖδας,
οἱ δ' ὕπτι' ἐρριπτοῦντο κτέ.

et vs. 74:

πολλῶν τὸν ἄπνουν κώρυκον πατησάντων,

ubi ἄπνουν, si sanum est, sensu transitivo accipiendum = ἄπνους ποιοῦντα τοὺς πηδῶντας, quae sane duriuscula videtur explicatio. Quare nescio an genuina lectio sit εὔπνουν, bene inflatum.

Vs. 1153. Mnem. XXIV p. 307 haerentem cum Blaydesio in longa vocali prima verbi ἱδρύσασθαι me erroris convicit amici notula, comparantis Av. vs. 45. Mira res est, sed certa comicos atticos hac in re conspirare cum tragicis et epicis.

Vs. 1158. Citra necessitatem Herm. l. l. malebam δόλων pro δόλου.

Vs. 1174. ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ. καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

Miror καταφαγεῖν, quod devorandi sive avide comedendi sensu ab antiquis usurpari solet, hic positum pro verbo simplici. Neque enim praesidium est in librorum scriptura Ach. 78:

τοὺς πλεῖστα δυνατοὺς καταφαγεῖν τε καὶ πιεῖν,

ubi dudum bene correctum est δυναμένους φαγεῖν.

Corrigendum suspicor:

καὶ φαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

nam vol quod edam non habeo, i. e. eo redactus sum ut ne habeam quidem quod edam.

AD ECCLESIAZUSAS.

Vs. 2. Recte vLeeuwen recepit Palmierii correctionem. Male cum aliis h. l. tentavi Ex. crit. p. 71.

Vs. 16. Mnem. X p. 31 conieci καὶ ταῦθ' ὁρῶν οὐκ ἐκλαλεῖς τοῖς πλησίον. Vulgatam tuetur editor. — De vs. 15 cf. me l. l.

Vs. 19. Blaydesio idem tribuit quod recepit, *ὧν* pro *ἃς*, quamvis ego novem annis ante illum id suaserim in Appendice ad Stud. Crit. p. 37.

Vs. 21. . *καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας,*
ἅς Φυρόμαχός ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,
δεῖ τὰς ἑταίρας κἀγκαθιζομένας λαθεῖν.

Sic R addito *πῶς*, quod del. Bergk; recepit vLeeuwen. Sed *ἑτέρας πως* Iunt., quae lectio nescio an cum aliis praeferenda sit vel propterea quod *τὰς ἑταίρας* sic positum vix aliud potest significare quam meretrices, ut etiam accepit scholiasta, quod hic absurdum foret. Amicas significans potius *τὰς φίλας* dedisset poeta. Collega meus J. C. Vollgraff, coll. vs. 281 sq. et 86 sq., servato vs. 22, quem vL. post vs. 1 aut 2 transponendum putat, haud inepte locum sic fere refingendum esse coniecit:

καταλαβεῖν ἕδρας δὲ δεῖ,
ἅς (*ὡς* Brunck) *Φυρόμαχός ποτ'* (*τότ'* vL.) *εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,*
καὶ τὰς ἑτέρας πως ἐγκαθιζομένας φθάνειν.

Sed quid ita vetat leniore manu reponi:

καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας | —
δεῖ, τάς <*θ'*> *ἑτέρας πως ἐγκαθιζομένας φθάνειν.*?

Quis fuerit Phyromachus prorsus ignoramus, sed fac eum fuisse (ut putat etiam vL.) obscurum aliquem tragicum, qui in dramate usus esset formula prosaica *ἕδραν καταλαμβάνειν*, veri plane dissimile non est spectatoribus eum risum praebuisse accipientibus *πρὸς τὸ κακέμφατον* (schol.), quasi (in loco talem sententiam admittente) significaret nates prehendere, non sedem capere. Cf. Leeuwenii nota critica. Ceterum de obscuriore hoc loco, quem ita fere accipit Vollgraff, parum mihi liquet. — *Τότ'* pro *ποτ'* recte dedisse videtur editor.

Vs. 34. De *θρυγονῶσα* cf. Mnem. l. l.

Vs. 62. Anal. crit. p. 53 pro *εἰς ἀγορὰν* tentabam *εἰς ἀγρόν*, non reputans mulierem ruri habitasse, ut animadvertit editor.

Vs. 66. πρῶτον. Recte vLeeuwen improbat Meinekii coniecturam πρῴην. Primum quod mulier faciendum sibi ducebat erat foras abicere mariti novaculam. Prorsus ita nos quoque loquimur dicentes eerst, allereerst.

Vs. 78. Cf. Herm. XXIV p. 631. Ingeniosissime, quamvis audacter, nunc vLeeuwen et fortasse vere:

τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖν'; ᾧπερ <λέγων διερεί>δεται.

Vs. 87. Post h. vs. Stud. crit. p. 72 suspicatus sum periisse Praxagorae quaestionem indignabunde rogantis mulierculam, quo tandem consilio lanam secum attulerit. Movebat me imprimis vehementissima, qua haec utitur formula γέ τοι, νὴ τὸν Δί' (cf. Plat. Euthyphonis initium). Quae difficultas vix plane tolli videtur Leeuwenii coniectura προκαταλαβεῖν in vs. 86.

Vs. 115. De usu formulae οὐκ οἶδα, perperam hic sollicitatae a Meinekio, egi Append. ad Stud. crit. p. 19, ubi contuli Ran. 30; Eccl. 989; Plut. 122.

Vs. 145. Cf. me Mnem. X p. 82.

Vs. 149. καὶ γὰρ τὸ χρῆμ' ἐργαστέον.

Optime sic editor pro ἐργάζεται, sed nihil opus altera eius coniectura ἀνυστέον. Cf. etiam notissimam formulam χωρεῖν πρὸς ἔργον Ran. 884 et passim.

Vs. 153. Cf. Mnem. X p. 82 et Leeuwenii nota, cuius coniectura mea est violentior.

Vs. 202. Stud. crit. l. l. commendabam Meinekii coniecturam ὡράζεται, hodie cum Leeuwenio praefero lenius Willemsii inventum ὀρ<γ>ίζεται.

Vs. 253. Vide coniecturas meas in Leeuwenii nota. Parum salsa est vulgata, suspecta etiam propter εὖ καὶ omissum in R.

Vs. 255. τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.

Editor habet εἶπον pro aoristo tragico, ut Eur. Med. 272 et passim, non reputans talem aoristum poni pro praesente, quod tempus hic minime convenit propter vs. antecedentem: τί δ' ἢν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῇ. Quare teneo veterem meam sententiam corrigendum esse <ἂν> εἴποιμ'. Cf. infra vs. 407.

Vs. 282. Recepit editor meam correctionem εὖ ἴσθ' ὅτι pro εἴωθ' ἐκεῖ.

Vs. 322, ut olim, num genuinus sit, multum dubito.

Vs. 330 sq. Blaydes male ποθεν iungens cum verbis vicinis adnotat: „Negatio πόθεν; locum hic non habet, quum sequatur οὔκ." Quia tamen procul dubio Blepyro haec vocula reddenda est, ut iam fecit Bekker, Herm. XXIV l. l. conieci οὐκ esse eius interpretamentum et legendum esse:

Blep. πόθεν;
ἀλλὰ <τόδε> τῆς γυναικὸς κτἑ.

Mnem. vero XXIV p. 304 proposui ἀλλ' <ὧδε> — possis etiam ἀλλ' <ἄρτι>. Vide tamen annon possit servari negatio. Cf. 372 sq.

Vs. 344. ἱέμην. Quoniam hoc verbum respondet verbo epico Ϝίεσθαι, nec quidquam commune habere videtur cum verbo ἱέναι, vide ne scribendum sit potius cum spiritu leni, ut fecit Krueger in Xenophonte, apud quem crebro legitur. In comoedia non alibi occurrit praeter Eq. 625 et apud Pherecratem II 321 Mein.

Vs. 358 sq. sic audacter constituit editor expletos de coniectura sua:

ἀτὰρ τί δράσω; καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό με
μόνον τὸ λυποῦν ἐστιν, <ὅθεν ἔξω φαγεῖν;
οὐκ ἀργυρίου παρόντος,> ἀλλ' ὅταν φάγω,
ὅποι βαδιεῖταί μοι τὸ λοιπὸν ἡ κόπρος.

scilicet quod non habeat quo referatur τοῦτο. At quidni referamus ad verba praegressa 350 sq. νῦν δέ μοι ἀχράς τις ἐγκλήσασ' ἔχει τά σιτία. „Non solum me vexat" inquit Blepyrus, „praesens ista molestia, sed etiam sollicitudo de futuris."

Vs. 362. Cf. Mnem. X. p. 83.

Vs. 384. Coniecturam meam ad h. vs. refert vLeeuwen in nota critica ad vs. 302, quem a se fictum supplet.

Vs. 409 sq. παρῆλθε γυμνός, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν·
αὐτός γε μέντοι ῎φασκεν ἱμάτιον ἔχειν.

γυμνός, i. e. ἐν χιτῶνι, ut passim. Sic nudus = tunicatus. Iuv. II 71: Nudus agas: minus est insania turpis (quam si agis multiciis indutus).

Vs. 432. Herm. XXIV l. l. correxi ἀνεκορκόρυξαν pro ἀνεβορβόρυξαν, coll. διακορκορυγεῖν Nub. 383; κορκορυγή Pac. 956; Lys. 491, Aesch. Sept 325, sequioribus βορβορυγή, βορβορυγμός, βορβορύζειν relinquenda esse existimans, nata confusione creberrima literarum κ et β et falsa etymologia, si quidem ex βόρβορος nasci debebat aut βορβορίζειν, nec poterat βορβορύζειν, vetante analogia. Frustra igitur vulgatam tueri mihi videtur collega Leidensis.

Vs. 452. — οὐ συκοφαντεῖν, οὐ διώκειν, οὐδὲ τὸν
δῆμον καταλύειν, ἀλλὰ πολλὰ κἀγαθά.

Post h. vs. apte de suo supplet vLeeuwen:

ἤδη ποιῆσαι καὶ ποιήσειν πλείονα.

Mihi simplicius videtur κἀγαθά habere pro infelici veteris lacunae supplemento et rescribere: δῆμον καταλύειν, ἀλλὰ πολλ' <εὐεργετεῖν>, collata nota formula εὐεργέτης τοῦ δήμου. Passim hic fuit fons vitiorum. Ita v. c. explicandum quod Soph. Ant. 580 sq. libri habent ὅταν πέλας | ἤδη τὸν῞Αιδην εἰσορῶσι [τοῦ βίου], ubi nuper Blaydes (ed. a. 1905) apte proposuit ἀφιγμένον.

Vs. 464. Post h. vs. lacunam sumit Meineke. Nihil opus erit, si vs. 465 Blepyrus responderit:

δεινὸν δ' ἐκεῖνο τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν, κτἑ.

pro ἐκεῖνο δεινὸν.

Vs. 495. μή καί τις ὄψεθ' ἡμᾶς
χἠμῶν ἴσως κατείπῃ.

Iusto violentius vLeeuwen tentat:

μή καί τις ἡμῖν ἐντυχὼν
τοῖς ἀνδράσιν κατείπῃ.

Posterior versiculus sanus est, et in priore corrigendum videtur:

μή <γνῷ> τις ἡμᾶς ἐντυχὼν.

Male enim abundat vocula καί, quoniam τὸ μὴ βραδύνειν in praegressis hac sola de causa commendatur.

Vs. 503 tentabam Mnem. X p. 82 sq., sed rectissime vLeeuwen praetulit Palmerii coniecturam.

Vs. 508. Recte idem λακωνικῶν reposuit pro λακωνικά. Ipse ante aut post O.Schneiderum (ignoro enim) Mnem. XXIV p. 304 tentaveram πωγωνικάς.

Vs. 525 sq. Contra Madvigium haec tentantem disputavi Stud. crit. p. 72, ubi contuli Eur. Troad. 761. — Ibidem egi de vs. 581.

Vs. 587. Mihi quidem minus arridet Leeuwenii quam recepit coniectura αὐτῆς ἀρχῆς quam Bergkiana ἄλλης ἀρετῆς, quae fulcitur similis alibi confusionis exemplis vocabulorum ἀρχή et ἀρετή. Sed planissime assentior editori vs. 575 mutanti ἐπίνοια in εὔνοια, ita tamen ut simul cum Marklando requiram γνώμης pro γλώττης. Nam γνώμης εὔνοια contextus postulare videtur.

Vs. 590. Herm. XXIV l. l. impugnavi Blaydesii errorem φάσκω substituentis pro φήσω, si quid sit mutandum, coll. Nub. 1009, φράζω commendans. Recte tamen futurum tueri videtur editor.

Vs. 596. Ibidem p. 622 defendi πέλεθον contra Meinekii coniecturam βέλεκον.

Vs. 606. Ibidem pro χλαίνας, coll. vs. 840, tentabam κλίνας, Mnem. XXIV p. 305 vero κωλᾶς. Frustra utrumque, ut apparet e Vesp. 676 vq., quem locum obmovet vLeeuwen.

Vs. 622. <τὸ> τοιοῦτον requiro cum Leeuwenio, qui violentissimam (ut ipse concedit) et prorsus inutilem coniecturam τῶν τοιούτων ἄφεσίς σοι melius reticuisset.

Vs. 627. ἐπὶ τοῖσι δημοσίοισιν. Si sana est haec librorum lectio, Praxagora iam nunc mente agitat, quae mox institutura est quaeque expectari ab auditoribus poterant, syssitia publica. Cf. infra vs. 676 et 693 sqq. Utut est, non persuadet mihi editor de suo substituens δωματίοισιν, quippe quibus haud facilis fuisset cuilibet amatori accessio.

Vs. 663. De φρασάτω nunc video me errasse Stud. crit. p. 72 sq.

Vs. 678. Herm. l. l. corrigebam καταθεῖναι pro καταθήσω. Recepit vLeeuwen.

Vs. 688. ὅτῳ ἂν δὲ τὸ γράμμα
μὴ ᾿ξελκυσθῇ, καθ᾽ ὃ δειπνήσει;
Vic. τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντας.

Non sequar editorem recipientem aptam quidem, sed violentam et prorsus supervacaneam Blaydesii coniecturam ἀδείπνους. Depulsos coena caruisse ultro satis apparet, optime vero pronomini ὅστις respondet ἅπαντας.

Vs. 697. De forma ἄνωθε pro ἄνωθεν cf. Herm. l. l.

Vs. 710. Tentavi Anal. crit. p. 54.

Vs. 720. Append. ad Stud. Crit. p. 19 sq., coll. Pac. 413, malebam *ἔχωμεν αὐταί*, sed nihil mutandum. Cf. nota editoris.

Vss. 742 sq. Vocabula *κηρία* et *θαλλούς* temere sollicitavi Herm. l. l.

Vs. 762. *πῶς;* Vic. *πῶς; ῥᾳδίως.*

Vix sanum est *ῥᾳδίως;* quod probabilem sensum non praebet. Accedit quod in responso post *πῶς* sequi solet *ὅπως*. Vere *πῶς γὰρ οὐ;* coniecisse videtur editor.

Vs. 776. *ἐπιτρίψουσι γάρ.*

Expectatur *ἐπιτρίψει με γάρ*, nec tamen ita scripsisse poetam apparet ex quaesita assonantia verborum *λέγουσι* (*ἐροῦσι* Cob.), *φήσουσι*, *ἀπιστήσουσι*, *ἐπιτρίψουσι*. Restat ut putemus hominem ira percitum delirare nec scire quid ipse dicat; sensu enim idoneo haec verba carent.

Vs. 804. Mnem. X p. 83 proposui *σὺ δ' ἔτι νῦν μέλλεις* (pro *ἐπιθυμήσεις*) *φέρειν*. Futurum quidem recte tuetur vLeeuwen, sed minus aptum videtur ipsum verbum *ἐπιθυμεῖν*, quia hic agitur de parendo imperio publico, non de indulgendo cupiditati.

Vs. 806 sqq. De sententia cf. Herm. l. l.

Vs. 841. Stud. crit. p. 73 proposui:

τὰ τεμάχη * * *
* * * <*τὸ πῦρ*> *ῥιπίζεται.*

Editoris vulgatae explicationem sermonis Graeci proprietas non admittit.

Vs. 848. Nondum poenitet me ibidem titulo CIG I p. 490 defendisse contra Dindorfium, quem editor secutus est, nomen proprium *Γέρων*, quod propter vs. 952 mutavit in *Γέρης*. Cur enim bis poeta lusisse existimemus in eodem nomine, cum in duobus liceret?

Vs. 862. Recte e codice B nunc receptam video necessariam lectionem κωλύωσι, quam pro κωλύσωσι de coniectura, ut putabam, restituebam Mnem. X p. 83. Cf. quae scripsi ad Av. 194.

Vs. 906. ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις βουλομένη φιλεῖσθαι κτέ.

Intellegi quodammodo posset prolabatur tibi uterus, qui notus est mulierum morbus (ut τρῆμα sit uteri orificium); sed neque in puellam tale quid quadrat, neque id verba Graeca significare posse satis constat. Herm. l. l. sequens ἐπίκλιντρον me movebat, ut putarem lecti fulcrum significatum esse, ideoque ariolabar καταπέσοι θὐπέρεισμα (*ΤΟΥΠΕΡΕΙΣΜΑ* pro *ΣΟΥΤΟΤΡΗΜΑ*), Cf. Thesaur. VIII p. 193 s. v. Sed certam emendationem desidero [1]). Laboranti metro in versu tertio, cui soloeca Bothii coniectura ἀποβάλοιο non medetur, facile subvenias supplendo ἀποβάλοις <σύ>.

Vs. 964.
φίλον ἐν τῷ σῷ βούλομαι
κόλπῳ πληκτίζεσθαι
μετὰ τῆς σῆς πυγῆς. κτέ.

Fortasse deleto φίλον (ut nato e glossemate φίλη?), scribendum:

ἐν τῷ <δὲ vel γε> σῷ βούλομαι κτέ.

aut, si mavis: ἐν τῷ<δε> κτέ.

Vox πυγή me admonet loci spurci et difficilis Petronii Sat. 140: non distulit puellam incitare ad PIGICIACA sacra, ubi ambigo utrum Buecheler ed. IV (p. 105, 6 sq.) recte suspicatus sit gravem corruptelam coniciens PHYSICA vel (quod longe probabilius videtur) APHRODISIAE, an vox leniter depravata sit ex PYGISIACA, composita scilicet ex pyge et Isiaca = arcana, quod dubitabundus admodum suspicor, quia sententia magis favet audaciori illius coniecturae.

---

[1]) Cogitavi etiam de mutando τρῆμα in χρῆμα, quo significaretur languidus amatoris penis operi impar, sed eo sensu expectatur potius τὸ δεῖνα, cuius minus lenis est substitutio. Λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος!

Vs. 1017. Pro πρῶτον correxi πρότερον, quod recepit editor, Anal. crit. p. 54, dubitans num genuinus esset vs. sequens, quem iam ante me Mehlerum damnasse nunc video. Hodieque abesse eum malim.

Vs. 1021. Herm. XXIV l. l. et Mnem. X p. 83, titulorum ope corrigebam ἀνατεί pro ἀνατί. Cf. vLeeuwen.

Vs. 1070 Mnem. X p. 84 e vs. 1053 conflictum esse suspicabar. Tuetur editor. — Ibidem malebam τόδ' αὖ πολὺ τούτου aut (minus tamen recte) τοῦτ' — τοῦδε.

Vs. 1086. In Appendice ad Stud. Crit. Ravennatis lectionem ἤσται mutavi in ἴστε, quod nunc quoque longe praefero Suidae lectioni ἦτε. Cf. Leeuwenii nota critica. Similiter in Lectionibus Rhenotraiectinis (Lugd. Bat. ap. Brill 1882) pag. 22 Platoni Apol. 20 extr. reddidi: Χαιρεφῶντα γὰρ ἦστέ που pro — ἴστε που.

Vs. 1105. Anal. Crit. p. 54 sq. reposui: ὑμεῖς (pro ὅμως) — καταπιττώσαντες κτέ., quod textui intulit criticus Leidensis., cuius parum mihi arridet audax coniectura <τῶν ἀνηκέστων> pro πολλὰ πολλάκις, propterea quod formulae ἐάν τι πάθω nusquam tale quid additum vidi, ubi mors significatur. Quod enim de nave dixit Demosthenes p. 927, 2 ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον vix huc pertinet. Neque verum esse videtur, quod vir sagacissimus contendit, formulae ἐὰν — πολλάκις, si forte, hic locum non esse; est enim paene necessaria, si quidem parum probabilis erat, quam adolescens ioci causa fingit, haec causa mortis. Delenda est, ni fallor, vocula πολλὰ ut dittographema sequentis πολλάκις et corrigendum:

ὑμεῖς δ', ἐάν τι πολλάκις πάθω <τάλας>, κτέ.

Quidni vero, dixerit quispiam, ita probas alteram editoris, quam ipse improbat, coniecturam, ἐάν τι πολλάκις πάθω <κακόν>? Respondeo formulam euphemisticam non admittere κακόν, quod praeterea h. l. aptum non est, quia grave malum per se iam erat cum turpissima anu concubitus.

Vs. 1108. Iniuria propter abundantiam quondam sollicitavi adverbium ἄνωθεν ante ἐπιπολῆς.

Vs. 1119. Mnem. XXIV p. 306 conieci τούτων γε τἄνθος (aut potius τό γ' ἄνθος) pro ἁπάντων, coll. απανθήσαντα vs. 1121. Non emim ipsum vinum, sed eius odorem in capite remanere dicendum fuisse.

Vs. 1165. Recipienda videtur Cobeti coniectura ὑπαποκινεῖν.

De fragmentis Aristophaneis satis habeo relegare lectores ad novissimum meum opus: Collectanea critica, epicritica, exegetica ad fragmenta comicorum, Lugd. Bat. ap. A. W. Sijthoff a. 1903.

ADDENDA.

Ad Ach. 24. Non illepide nuperrime R. J. Theodorus Wagner in Museo Rhenano a. 1905, 3, p. 448 sq. proposuit:

ἀλλ' ἀωρίαν | εὕδουσιν, εἶτα δ' κτέ.

Ad Ach. 615 sqq. Cf. etiam Iuven. Sat. II 276 sq.

Eq. 588. — *ἡμέτερον ξυνεργὸν*

Νίκην, ἣ χορικῶν ἐστιν ἑταίρα.

Mihi quidem plene satisfacit *Χαρίτων*, quod coll. fr. 334 acutissime coniecit vWilamowitz. Nihil proficitur Velsenii suspicione *χορικῶν μοῦσιν*, nec melius conieceris *ἥ γε χορῶν*, nam utroque modo misere haec verba languescerent et abundarent.

Eq. 1188. *καὶ τῆς ἐρυθρᾶς γε θαλάσσης*, i. e. finium orbis terrarum. De hac proverbiali locutione praeter Av. 145 cf. Demosthenes de falsa legatione § 304: *τίς ὁ πείσας ὑμᾶς μόνον οὐκ ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν πρεσβείας πέμπειν —;*

Nub. 1119. *εἶτα τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν.*

In editione mea Oedipi regis pag. 115 probabam Coraesii, in quam et ipse incideram, coniecturam *τε καὶ τὰς*. Recepit vLeeuwen.

Pac. 720. Ibidem pag. 94 conieci:

ὦ κάνθαρ', οἴκαδ' <αὖθις> ἀποπετώμεθα.

Sed duplex *οἴκαδ'* ferri posse videtur.

ligat. „ 120.—
ligat. „ 120.—
ligat. „ 135.—
ligat. „ 186.—
ligat. „ 120.—
ligat. „ 135.—
Gr. I.
J. MAN-
ligat. „ 366.—
Het
„ 1.80
„ 2.20
passim
„ 3.—
„ 3.—
„ 5.90
„ 8.60
„ 2.90
„ 3.60
„ 3.60
„ 3.60
„ 2.90
„ 4.25
„ 2.90
„ 2.90
„ 2.90
„ 2.90
„ 2.90
„ 1.90
„ 2.50
„ 3.45
„ 4.90
„ 17.50
„ 6.—
„ 4.80
„ 3.50
„ 2.—
„ 2.50

ERRATA.

Pag.	17, 5	cus	*Lege*	cutis.
„	17, 6	intucri	„	intueri.
„	20, 29	Aristophanico	„	Aristophanica.
„	25, 16	erravlt	„	erravit.
„	25, 25	*ἐξιένοι*	„	*ἐξιέναι*
„	26, 12	ubicit	„	abicit.
„	26, 13	nancismur	„	nanciscimur.
„	28, 16	cunditionalem	„	conditionalem.
„	32, 6	*<αὖ 'φαν>εῖτ'*	„	*<αὖ φαν>εῖτ'.*
„	43, 20 sq.	*ἦν τ' — ἦν ϑ'*	„	*ἦντ' — ἦιϑ'.*
„	45, 21	Clarkie.	„	Starkie.
„	46, 14	Clarkie	„	Starkie.
„	47, 4	*ἐγῶ.*	„	*ἐγώ.*
„	53, 9	*ἐσφεγμένην*	„	*ἐσφιγμένην.*
„	60, not.	subagitadi	„	subagitandi.
„	61, 17 sq.	collacatus	„	collocatus.
„	62, 12	*δπιζοπώλης*	„	*σπιζοπώλης.*
„	62, 21	*ἒν'*	„	*ἴν'.*
„	70, 13	*βούλιται*	„	*βούλεται.*
„	72, 2	*κωδονοφορῶν*	„	*κωδωνοφορῶν.*
„	77, 12	correx	„	correxi.
„	111, 23	XXXIV	„	XXXII.
„	112, 21	Palmierii	„	Palmerii.

ALIORUM LOCI TENTATI.

Demosthenes de falsa legatione § 257.	Pag.	80 (not.).
Pap. Lips. 13.	„	110.
Petronii Sat. 140.	„	120.
Plat. Apol. 20 extr.	„	121.